Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

70

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/2
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

a jb. 14

GVILIELMI AVGVSTI RVDLOFF
IVR. AC PHILOS. DOCTORIS, SERENISS. DVC. MECL. PROFESSORIS ORDINARII ET IVRECONSVLT. COLLEGII ASSESSORIS, IAMQVE ACADEMIAE FRIDERICIANAE RECTORIS

# DE REVISIONIS EFFECTV SVSPENSIVO IN CAVSSIS *ECCLESIASTICIS ET RELIGIONIS*

---

AD
ILLVSTRANDAM SANCTIONEM
RECESSVS IMPERII A. CIↃIↃCLIV §. CXXIV.

LIBER SINGVLARIS.

---

HAMBVRGI ET BVEZOVII
IMPENSIS GOTTH. CHRIST. BERTH.
CIↃIↃCCLXXII.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/4
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

VIRO

PERILLVSTRI ATQVE CONSVLTISSIMO

DOMINO

IOANNI STEPHANO PVETTER

IVRECONSVLTO EGREGIO

AVGVSTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS ELECTORIS BRVNSVICO LVNEBVRGICI IN CAVSSIS IVSTITIAE A CONSILIIS SANCTIORIBVS, IVRIS PVBLICI IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA PROFESSORI ORDINARIO

PRAECEPTORI SVO OPTIMO

ET FAUTORI

AETERNO CVLTV PROSEQVENDO

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/5 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

OPVSCVLVM HOCCE,

TANQVAM

GRATISSIMI ANIMI AC OBSERVANTIAE SEMPITERNAE

MONVMENTVM

PIO AFFECTV

OFFERT

GVILIELMVS AVGVSTVS RVDLOFF.

SCRIBEBAM BVEZOVII IN ACADEMIA FRIDERICIANA

D. XIX. FEBRVARII A. CIↃIↃCCLXXII.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/6
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## Caput Primum.

# Reuiſionis eiusque effectus ſuſpenſiui praeſertim in cauſſis religionis hiſtoria.

### §. I.

*Ab origine proprie nullum aduerſus ſententias Camerae erat remedium.*

Inſtauratum anno cIↃccccxcv. illuſtre Imperii tribunal eam ſane et initio habebat rationem, vt ſummum eſſet iuſtitiae domicilium, ac vltimum iuris aſylum, ibique, vti loqui amamus, in ſuprema inſtantia tam mediatis, quam immediatis ius redderetur. Qua igitur propter, quae ſupremum tribunal decet, tanta erat ſententiarum a Camera Imperii iudicatarum auctoritas, tanta vis, vt nulla contra ipſas grauatis forte concederentur iuris remedia, nedum de hisce dandis et introducendis verbulo mentionem faciant ordinationes primae camerales, atque leges Imperii de Camera eiusque ordine iudiciario conceptae. Etenim licet iure communi cognita remedia declarationis atque in integrum reſtitutionis ipſius iuris communis ope quoque in Camera Imperii introducerentur, ea tamen ad impugnandam ſententiam, quaſi male latam, minime tendere ex ipſorum indole atque natura ſatis notum eſt. De tali autem remedio, quo grauati directe ad impugnandam ſententiam cameralem vterentur, dudum cogitatum non eſt, donec Status aliqui potentiores, qui per iudicata Camerae grauatos ſeſe dicebant, nec in iure communi praeſidium ſatis tutum inuenire poterant, coram Impera-

tore et Statibus in ipſis comitiis gravamina ſua exponerent, deque modo procedendi Camerae conquererentur.

## §. II.

*Poſtea ortum remedium Reuiſionis. Eius origo.*

Huius rei origo a comitiis Norimbergenſibus anni cIↃIↃxxIv. omnino repetenda eſt. In iis Status nonnulli, quos nominat ipſe Receſſus horum Comitiorum, Archiepiscopus Treuirenſis, Ludouicus, Comes et Elector Palatinus, Philippus, Haſſiae Landgrauius, Guilielmus et Ludouicus, Bauariae Duces, et praeterea adhuc Erneſtus, Marchio Badenſis, grauamina aduerſus Cameram, in qua ius ſibi reddi negabant, ad Imperatorem et Imperium detulere [a]; Id quod ſane primum, illudque iuſtiſſimum exemplum Recurſus ad comitia recte dixeris. Enimuero tantum abfuit, vt hasce contra ſe motas querelas metuiſſet Camera, vt potius, iuſtitia cauſſae confiſa, in cauſſa Bauarica ipſa diſerte peteret, „*ſolche Sachen in Beyſeyn des Regiments nochmahlen referiren zu laſſen, „des Vertrauens, daſs man ſie als fromme Ehr- und Recht- liebende Richter erfinden werde — die auch ihren Pflichten nach „fernern Fuehrfahrens, auf rechtlich der Partheyen Anrufen, „ſich nicht zu enthalten haetten*„. [b] Interim ad iſtas Statuum querelas decernebatur in Comitiis viſitatio et inquiſitio Camerae

a) R. I. cIↃIↃxxIv. §. xxIII. in nouiſſima collectione Receſſuum Imperii. T. II. p. 253. ſ. Conf. Perill. Dom. a HARPPRECHT *Cammergerithts-Archiv.* T. V. p. 51. ſeqq.

b) HARPPRECHT l. c. p. 54.

merae c), demandato ipſi ſimul negotio *revidendi* acta et grauamina, de iis ad Imperii regimentum referendi, et vna cum illo

c) Quam grauis fuerit iſta inquiſitio, quamque moleſte ipſam tulerit Camera, vidimus inter alia ex reſponſione Iudicis et Aſſeſſorum ad commiſſarios cIↄIↄxxvI., vbi: „*Uns iſt aber in gehaltener Nuernbergiſcher Viſitation wider unſer Verſehen und Vorwiſſen begegnet, daß wir um Exceſs und andre Haendel der Cammergerichts Perſonen, das Cammergericht nicht belangende, anzugeben, auf geleiſten Ayd befragt: Wo uns dis abermahls begegnen ſollte, haben wir Euer Fuerſtlichen Gnaden, Freundſchaft, Gnad und Gunſt angezeigt, und thun das noch aufs unterthaenigſt mit dieſer weitern Bericht, daß wir —— ſolches zu thun, oder uns dazu zu beaydigen laſſen, aus Urſachen merklichen beſchwert. Dann ſollten wir uns dermaſſen beaydigen und dahin verpflichten laſſen, auſſerhalb des, ſo dem Cammergericht anhangt, und deſſelben, auch der Partheyen Nothdurft, Nutz und Foerderung beruehrt, jemands anzugeben, dadurch einer hinter dem Licht verſagt, und nicht zur Verantwortung ſollte gelaſſen werden,* were unſern Ehren, Leymuth, Achtung und guten Geruichten, *darin wir ſeynd, auch billig ſeyn ſollen,* mit kleinen Verletzung uns nachtheilig und verweislich, *wie uns dann nach der Nuirnbergiſchen Inquiſition* — von hohen und nidern Staenden Verweis und Aufruickung geſchehen, *und ohn Zweifel mehr geſchehen, ſollte es in gemeinen Mann kommen, dann unverborgen wir ſolche Leuth in ganzer teutſcher Nation gehalten werden. So auch unſer einer, oder mehr vom Cammergericht abkaeme,* was Schimpf, Verhinderung, Nachtheils oder Verkleinerung *daraus moegt entſtehen, haben Euer Fuirſtliche Gnaden, Freundſchaft, Gnad und Gunſt gnaediglich und leichtlich zu erwaegen. — Nuirnbergiſche Inquiſition hat auch Urſach geben etlichen nicht den geringſten Perſonen,* vom Cammergericht weg zu trach-

illo cauſſam decidendi d): En primum exemplum remedii aduerſus iudicata cameralia *Reuiſionis* nomine inſigniti! Habet

trachten, und ſich weh zu thun, *wie auch, und aus derſelben Urſachen, wie ſie ſich hoeren laſſen, geſchehen, und mehr geſchehen moegte. Es haben vor der Zeit etliche tapfere Maenner aufs Cammergericht zu kommen getracht, damit aber der Urſachen eines andern Gemuiths worden. So iſt befunden, daß aus Nuirnbergiſcher Inquiſition ſolcher Argwohn, Verdacht und Unwillen geſtoſſen, daß ſich etliche beleidigte merken und vernehmen laſſen,* denjenigen, ſo ſie in Verdacht gehalten, nach Leib und Leben zu trachten, *als ſich auch wohl erreicht, ſo es nicht geſchickter Weis vorkommen waere.* „ etc. HARPPRECHT l. c. p. 204.

*d)* R. I. cIↄIↄxxIv. §. xxIII. „*Als etwan viel von Churfuirſten, Fuirſten und Staenden, jetzo allhie Unſerm Statthalter, Oratorn, auch Churfuirſten, Fuirſten und Staenden allerley Beſchwerung fuirbracht und beklagt, haben unſer Statthalter und Orator, Churfuirſten, Fuirſten und Staend zu derſelben Sachen die Ehrſamen, Gelehrten, Unſer und des Reichs lieben Getreuen, Rudolphen von Ehingen, Iohann Vogt, Heinrich Henninger, beyder Rechten Lehrer, und die Churfuirſten, Fuirſten und Staende, Hieronymum Enckherrn, des Erzbiſchoffs und Churfuirſten von Coelln, Simon Reibeiſen, Probſt, des Biſchoffs zu Wormbs, und Iohann von Arckheim, des Herzogen von Guilich, Cleve, und zu dem Berg Bothſchaft auch der Rechten Lehrer etc. verordnet, die zwiſchen den klagenden Partheyen die Guitlichkeit allhie handeln, und wo die nicht ſtatt haben moegte, alsdann alle Acta und fuirbrachte Beſchwerung derſelben Partheyen* beſichtigen, *und auf Pfingſten ſchierſtkuinftig zu Eßlingen Unſerm Statthalter und Regiment davon Relation thun; derſelbe unſer Statthalter und Regiment ſollen in dieſen Sachen die Partheyen, ihrer Irrung, mit ſamt den*

bes iam in hoc caſu reuiſionem *α*) ceu remedium, quo ſententia Camerae directe impugnatur, eaque male iudicaſſe arguitur, habes *β*) tanquam remedium deuolutiuum, immo *γ*) a viſitatione camerali expediendum, vt itaque dubitari nequeat, hodiernae reuiſionis, cui haec omnia adprime conueniunt, prima hic inueniri veſtigia. Nihilo tamen ſecius, ita iam reuiſionem vti remedium iuris ordinarium aduerſus ſententias camerales eſſe introductum nunquam aſſerere auſim; potius tantum in ſingulari hoc caſu ad grauatorum inſtantiam admiſſum videtur, nec certa adhuc forma ei praeſcripta adparet. Denuo eius mentio fit anno cIↃIↃxxxI. vbi in dubiis cameralibus viſitationi exhibitis inter alia etiam ipſa Camera proponit, vt partibus grauatis permitteretur, grauamina ſua viſitationibus annuis proponere, a quibus vniverſa acta ad vnam vel duas Vniuerſitates impartiales transmittantur, vt ea ***reuideant***, et, quam primum fieri poterit, ad viſitatores referant. *e*) Id quod autem praebuit primae diſpoſitioni legali in Receſſu

*den jetzt beruihrten, ſo ſolche Handlung* beſichtigt, *zum foerderlichſten entſcheiden.*„ Ipſum concluſum Imperii in ſuum protraxit HARFPRECHT l. c. p. 50.

*e*) HARPPRECHT l. c. p. 252. „Item, *dieweil ſich die Partheyen zu Zeiten beſchweren, als ſolten unrechtmaeßige Urthele eroefnet werden, auf daß dann niemand wider Recht, auch Gleich, am hoechſten Gericht vertruckt werde, ſoll den Partheyen, wider die obbemelter Geſtalt ihres Vermeynens Urthel ergangen, auf ihr Begehr, Anbringen und Koſten durch die jaehrliche Viſitatores vergunnt und zugelaſſen werden, daß einer oder zweyen unpartheyiſchen Univerſitaeten alle Gerichts*

 *Acten*

Receſſu Ratisbonenſi anni cIↃIↃxxxII. §. xvI. xvII., quae nunc generatim praecipit, vt grauatis a Camera liceat *ſupplicare*, et acta *reuideantur*, ſuamque huic remedio praeſcribit formam, tamen cum ſyndicatu illud adhuc confundit *f)*, a quo ſequenti tempore per Ordinationem Cameralem cIↃIↃxLvIII., et, quae hanc tantum non per omnia ſequitur,

*Acten inberaumt wuirden, dieſelbigen zu* revidiren, *und beruihrten Viſitatoren, ob wohl, oder uebel geurtheilt, zum fuirderlichſten es geſeyn mag, Relation zu thun, doch daß nichts deſto weniger mit Execution der geſprochen und erkannten Urthel am Cammergericht, wie Recht, vollfahren und procedirt werde.*„

*f)* R. I. cIↃIↃxxxII. C. III. §. xvI. xvII. „*Als Cammer-Richter und Beyſitzer den Commiſſarien in ihren uebergebenen zweifelhaftigen Artickeln, angezeigt — haben Wir, auch Churfuirſten, Fuirſten und Staend dieſen Puncten beſten Fleiß erwogen. Und damit Unſere Cammer-Richter und Beyſitzer deſto fleißiger ſeyn, ſo ſie beſorgen muiſſen, daß die Acta folgends nach geſprochener Urthel auch* beſichtiget, *und niemands an Unſerm Cammergericht Unrecht geſchehe, zu dem, daß ſolches unſern Kayſerlichen Rechten nicht entgegen, ſo wider Enturtheil zu ſuppliciren zu laſſen, und die Richter, ſo unrechtmaeßige Urtheil ausſprechen, den Krieg ihr eigen machen, und deshalben* ad Syndicatum *geſtellt werden moegen: ſetzen, ordnen und wollen wir, wo einige Parthey hinfuirter vermeynt, daß ſie durch Cammer-Richter und Beyſitzer beſchwert, und unrechtmaeßige, oder nichtige Urthel wider ſie geſprochen und eroefnet, und derhalben* C. *und* B. *gedaechte zu ſyndiciren, daß denſelben ſolchs zu thun vermoege Unſer Kayſerl. Recht zugelaſſen ſeyn ſoll, doch dergeſtalt*„ etc.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/12
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

quitur, per Ordinationem Cameralem anni cIɔIɔLV. ſub ſpeciali *Reuiſionis* nomine ſeparatum eſt. *g)*

*g)* Ibi iam diſtinguitur P. III. tit. LIII. pr. „*Wo einige Parthey hinfuirter vermeynt — und derhalben gedaechte*, um Straf ungerechter Richter (en remedium ſyndicatus!), oder Reformation und Beſſerung ſolcher Urtheil (en reuiſionem!) *anzuhalten* „ *etc.* et in §. 5. et 6. clarius adhuc: „*Und ob ſolche Nichtigkeit oder Ungerechtigkeit erſt ausgeſprochener Urtheil* nicht aus Betrug oder Argliſt, ſondern allein aus Ueberſehen, Unfleiſs, Unwiſſenheit, oder Irrſaal *der Procuratorn und Richter erfolgt*, — *Ob ſich aber aus der Partheyen Fuirbringen, oder ſonſt ſo viel befinden, daß der Urtheiler einer oder mehr in ſolchen Sachen*, von Geſchenk, Miet, Gaab, Bitt, Freundſchaft, Feindſchaft, oder ander dergleichen Urſachen *eine nichtige und ungerechte Urtheil geben — ſoll der Partheyen — das* Syndicat *fuirzunehmen vorbehalten ſeyn.*„

## §. III.

*Quod tamen nec plane nouum, nec incognitum antea.*

Ita quidem ſingulare remedium ordinarium contra iudicata cameralia, quod olim ignorabatur, per leges conſtitutum eſt; ipſum autem hoc, quod ſtabiliebatur remedium nec nouum, nec in Germania incognitum erat. Sicuti enim ipſe ante adductus Receſſus Imperii anni cIɔIɔxxxII. *a*) ad iura Romana (*Kaeyſerliche Rechte*) prouocat, quae, *ſupplicare aduerſus ſententias definitiuas, permittunt:* ita in hocce remedio ad Romanorum placita, quae nunquam fere negligebant legum et



*a*) §. xvII. conf. §. praec. n. f)

et Ordinationum praecipue cameralium conditores, et huius Receſſus Imperii auctores reſpexiſſe in aprico eſt. Nec defuit etiam Romanis remedium, quo, excluſa adpellatione, Imperatorem *ſupplicare* licebat *b)*, cuius ad imitationem Reuiſionem eſſe introductam, ipſe Receſſus nobis teſtis et auctor eſt. Neque minus iam antea in Germania hocce remedium cognitum fuiſſe cum Perilluſtri HARPPRECHTIO adfirmare auſim, ſiquidem omnia ea, quae ſub elogiis *reclamare*, *reducere*, *retractare*, dudum occurrunt, re ipſa cum noſtra Reuiſione coincidere videantur. *c)*

*b)* *L. 5. Auth.* quae ſupplicatio. *C. de precibus Imperatori offerendis etc. Nou. 119. c. 5.*

*c)* HARPPRECHT l. c. p. 93. G. D. HOFFMANN *de odio reviſionis cameralis ſublato. p. 8.*

## §. IV.

*Imitatur ſupplicationem Romanam.*

Si ipſam naturam et indolem Reuiſionis intuearis, eam per omnia fere Romanorum ſequi *ſupplicationem* videbis. Quae ſicuti tantum non vbique adpellationi, ceu primario litigatorum beneficio, reſpondebat *a)*, ita et noſtra hodie nunc Reuiſio in plurimis capitibus eidem, quod dudum obſeruarunt alii *b)*, exacte conuenire videtur. Enimuero ſicut

*a)* Vid. CAROLI BRETI *ordo perantiquus iudicior. ciuil. cap. XLIII.* in HOFFMANNI *Hiſt iur. Vol. II. Part. poſter. p. 1. ſeqq.*

*b)* Ex quibus nominaſſe ſufficiat I. C. L. DE SCHELLWITZ *de remedio reuiſionis. Goetting.* cIↃIↃLX.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/14 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſicut e contraria parte ea erat Supplicationis Romanae ratio, vt, ea non obſtante, ſententia exſequutioni tradatur, modo fideiuſſiones condignas praebuerit victrix pars tantae quantitatis, quantae facta erat condemnatio *c*): ita et in hoc capite ab adpellatione deflecti, et ſupplicationem, ceu originem ſuam, ſequi vides generatim noſtram Reuiſionem.

*c*) Nou. 119. c. 5.

Quod generatim dici ſolet, Reuiſionem reſpondere adpellationi, minus curate dici ego quidem puto, ſiquidem Reviſio potius ſupplicationem imitatur, et haec, quatenus adpellationi conuenit, eatenus et ipſi reſpondet Reuiſio; Vbi vero ſupplicatio Romana adpellationi diſconuenit, nec Reuiſio adpellationi recte comparatur. Id quod clarius euadet, ſi potiora quaedam capita enumeremus, qua ſupplicatio antiqua ab adpellatione deflectitur, in quibus nec hodie adpellationi conuenit Reuiſio: 1) Supplicatio locum habebat, vbi propter excellentiam iudicis non dabatur adpellatio; idem in Reuiſione; 2) Supplicationi latius fatale erat praefixum, biennium videlicet, vbi ad Imperatorem dirigebatur; et hodienum reuiſio hoc intuitu adpellatione pinguior eſt; 3) Supplicatione tantum deuoluebatur cauſſa ad Imperatorem et ſupremum magiſtratum; nec reuiſio aliud remedium deuolutiuum eſt, quum per adpellationem cauſſa ad quemcunque alium iudicem ſubordinatum deuolui queat; 4) Semel duntaxat ſupplex audiebatur; nec iterari poteſt Reuiſio, bene tamen adpellatio; 5) Supplicatione interpoſita cauſſa nihil-

 ominus

ominus tradi poterat exſequutioni, quod et in Reuiſione vſu venit; verum interpoſita adpellatione nihil innouandum etc.

## §. V.

*Statim ab initio effectus ſuſpenſiuus ipſi negatur.*

Quapropter in primo, quo remedium reuiſionis ipſa proponebat, conſilio id ſuaſit ſimpliciter Camera, vt, non obſtante Reuiſione interpoſita, lata in Camera ſententia exſequutioni tradatur *a*); quod eodem modo ſimpliciter adoptauit laudatus Receſſus anni cIↄIↄxxxII. *b*) vt ne quidem cautionis iure Romano requiſitae fiat mentio.

*a*) Vid. §. 2. n. c.)

*b*) C. III. §. xvII. „*Doch daß nichts deſto weniger mit Execution der geſprochen und erkannten Urtheil am Cammergericht vollfahren werde.*„

## §. VI.

*O. C. hunc effectum ei tribuit.*

Verum mutauit hoc Ordinatio Cameralis cIↄIↄLV. atque effectum ſuſpenſiuum ſatis clare Reuiſioni tribuit, quum eandem rationem ſententiae, contra quam Reuiſio interponitur, eſſe voluit, ac ſi a ſententia iudicis cuiusdam inferioris adpellatum fuiſſet. *a*) Eo ſaltem caſu, vbi culpa aut mora ipſius

*a*) O. C. cIↄIↄLV. P. III. tit. LIII. §. v. „ *Aber ſonſt mit derſelben geſprochen Urtheil der Urtheiler halber, gleichwie mit andern Unterrichtern, von deren Urtheil ſupplicirt, oder* appellirt *wird, gehalten*

ipſius reuidentis progreſſus reuiſionis impeditur, exſequutionem latae ſententiae a Camera faciendam eſſe permittit. *b)*

*halten werden*„. Vnde de Caſu, ſi ſententia prior confirmata fuerit, §. 7. ſubiungit, „*ſoll mit Execution ſolcher erſtgeſprochen Urtheil an dem Kayſ. Cammergericht fuirgefahren.* Ergo prius quam ſententia fuit confirmata exſequutioni non tradenda. Vid. CONR. *ab* OFFENBACH, ICti et quondam viſitatoris, *de reuiſione.* n. 55. in DECKHERRI *monum. lect. cam. antiq. p. 417. ſeqq.*

*b)* De quo caſu ita ſancit Ord Cam. l. c. §. 8. „*ſollen Cammer-Richter, oder Praeſident und Beyſitzer weiter derhalben in Verwart zu ſtehen nicht ſchuldig ſeyn, ſondern mit Execution der erſtgeſprochen Urtheil, ohn einige Verhinderung, an den Kayſerl. Cammergericht fuirgangen werden.*„

## §. VII.

*In praxi tamen Camerali hic effectus dubius manſit.*

Satis clara etiamſi ita adpareat legis de ſuſpendenda per Reuiſionem exſequutione ſententia, in alia omnia tamen Camerales, odio quodam, hoc remedium proſequuti *a*), iuiſſe edocemur: Tum enim ſcriptis multum contendebatur, num Reuiſione pendente exſequutioni locus dandus ſit, tum ipſa praxis, in vtramque partem inſignium virorum auctoritate ſuffulta, dubia facta videtur. Vim Reuiſionis ſuſpenſiuam defendebant FRIDERVS MINDANVS *b*), ANDR. KNICHEN

*a)* De odio reuiſionis in Camera Imperiali generatim vide G. D. HOFFMANN *de odio Reuiſionis Cameralis ſublato. Tubingae 1767. c. 2. ſeqq.*

*b)* *De Proceſſ. L. II. c. 28. n. 2.*

CHEN *c)*, GAILIVS *d)*, PETRVS HEIGIVS *e)* quorum vterque vltimus ipſe reuiſoris munere functus eſt; Contra eum inſurgebat BENDER, ipſius Camerae Aſſeſſor *f)*, et, qui cum eo ſentit, THOM. MERCKELBACH *g)*, quos ſequebantur Camerales tantum non omnes. Quod attinet ad praxin, poſtremo loco citatus MERCKELBACH ad praeiudicium in cauſſa Brandenburg contra Borcken *h)* prouocat, ubi, reuiſione non obſtante, Camera d. 30. Octobris anni cIↄIↄLXII. exſequutoriales decernere haud dubitauit. Neque minus SCHWANMANNVS *i)* aliud praeiudicium adducit, vbi ſupplicans apud Caeſaream Maieſtatem inhibitionem aduerſus Cameram, Reuiſione pendente vlterius procedentem, repulſam tulit, ratione addita, quod hoc dubium futuris Deputatis iam erat commiſſum.

*c)* in tr. *de Priuil. Saxon. de non adpell.*
*d)* *L. I. obſ. 154. n. 3.*
*e)* in *quaeſt. iur. ciuil. L. I. qu. 10. n. 63.*
*f)* in tr. *de Reuiſione. concluſ. xx.*
*g)* in KLOCKII *conſil. T. II. conſ. 100.*
*h)* Quod minus recte pro ſua opinione citauit GAILIVS.
*i)* in *Proceſſu Camerali. L. I. c. 75.*

## §. VIII.

*R. D. cIↄIↄc. contraſentiente Camera iterum diſerte hunc effectum Reuiſioni tribuit.*

Medias inter haſce contentiones et diſceptationes detulit cauſſam ipſa Camera ad Imperatorem et Imperium, atque in dubiis ſuis anno cIↄIↄxcv. exhibitis conſilium proponit

nit, magna rationum mole confirmatum, de effectu Reuiſionis ſuſpenſiuo penitus abolendo, dandaque, praeſtita victoris idonea cautione, ſententia exſequutioni *a*). Aſt non probarunt conſilium legislatores in Receſſu Deputationis cIↄIↄc., niſi quod in cauſſis mandatorum de relaxando captiuo, ad idoneam praeſtitam cautionem, et decretorum alimentorum exſequutio decerni *b*), nec non, Reuiſione in cauſſa hereditatis petitionis, reſtitutionis in integrum, ac ſimili pendente, in puncto liquidationis nihilominus pergi debeat *c*). E contrario autem in aliis omnibus caſibus Reuiſioni ſeruatur ſuus ſuſpendendi exſequutionem effectus *d*).

§. IX.

*a*) *Dub. Cameral cIↄIↄxcv. n. 122.*

*b*) R. D. cIↄIↄc. §. 146. „*Belangend aber* Cauſas mandatorum de relaxando captiuo, et decretorum alimentorum, *ſoll die Reviſion keinem verweigert ſeyn*, *aber gleichwohl* pendente reuiſione die auferlegte Parition de relaxando captiuo, *auf Anerbietung und Leiſtung gebuihrlicher genugſamer Caution*, erfolgen, *und der Gefangene erledigt*, *wie auch in Sachen* decretorum alimentorum effectus ſententiae nicht ſuſpendirt, *ſondern* mit der Exſequution unverhindert verfahren werden. — „

*c*) R. D. cIↄIↄc. §. 144. „*Es ſollen aber* in puncto liquidationis, *wann* in Cauſa petitionis hereditatis, reſtitutionis in integrum *und dergleichen* reuiſio *geſucht worden*, parti victrici *freyſtehen*, ungehindert der angekuindigten Reuiſion *an unſerm Cammergericht darin der Gebuihr* zu verfahren.„

*d*) R. D. cIↄIↄc. §. 144. „*Als auch Streit fuirgefallen — ſo ordnen und wollen wir doch*, *daß* pendente reuiſione mit der Execution nicht zu verfahren, ſondern damit eingehalten werden ſoll,„

## §. IX.

*Senatus - Conſultum Camerae cIↃIↃcxIx. Reuiſionem hoc effectu priuat.*

Enim vero et ita adhuc dubium Camerae haerebat, annon et praeter caſus expreſſe in lege definitos, Reuiſione non attenta, ſententia exſequutioni mandari queat *a*)? Nec defuerunt, qui, ſequuti auctoritatem BENDERI et MERCKELBACHII, diſpoſitionem Receſſus Deputationis, qua Reuiſio exſequutionem ſuſpendere dicitur, de iis tantum, quae primo intuitu ſpeciem aliquam et iuris colorem prae ſe ferrent, accipiebant, in aliis autem omnibus palpabiliter priuatis et calumnioſis ſaluam eſſe exſequutionem, adſerentes. Haut leue opinioni huic ex eo addebatur pondus, quod deficientibus et nondum reſtauratis viſitationibus, remedium ſemel interpoſitum nullum habere videretur exitum. Accedebat exorbitantiſſimus Reuiſionum abuſus, ad quas vſque adeo conuolabant partes, ut ſententia vix pronunciaretur vlla, quam effectu ſuo, hoc interpoſito remedio, priuare non tentarent, atque ita tum grauiſſimi Tribunalis auctoritatem eluderent, tum ipſam iuſtitiae adminiſtrationem temerario auſu ſubuerterent. Inde rem tandem terminauit ipſa Camera per Senatusconſultum anni cIↃIↃcxIx., qua eum in modum declarabat et interpretabatur dictum Deputationis Receſſum, vt, ſitne exſequutio propter Reuiſionem interpoſitam ſuſpendenda,

a) RODING *Pandectae Camerales. L. III. Tit. 61. p. m. 996. ſ.* (edit. 1668.) Conf. etiam Conſilium MERCKELBACHIANVM apud KLOCK. l. c.

denda, nec ne, ius cognoſcendi ſit penes Cameram *b*). Quam legem a Iudicio ipſo ſibi dictam praxis quoque ſequuta eſt, vt nec Reuiſione, nec Receſſu Deputationis obſtante, paritio prioris ſententiae iniuncta, et exſequutio decreta ſit.

*b*) PERILL. DN. de CRAMER *Wetzlariſche Nebenſtunden. Th. I. p. 127.*

## §. X.

*Per placitum Deputationis Francofurtanae tollitur effectus ſuſpenſiuus, ſed exceptis cauſſis Religionis.*

Ea fuit Reuiſionum indoles, quum ad inſtaurandam collapſam atque deformatam rem iudiciariam Imperii Francofurti ad Moenum Anno cIↃIↃcXLII. Deputatio Imperii congregaretur. Ibi dum inter alia quoque de optima ratione innumeris petitis Reuiſionibus occurrendi ageretur, primum in ſuis conſiderationibus proponebant Camerales, vt Reuiſionis remedium, quippe vt plurimum tantum temere litigantium refugium, in vniuerſum aboleretur. Quod tamen, licet rationibus non adeo ſpernendis ſuffultum conſilium Deputatis probatum haut eſt *a*). Maiorem meruit attentionem alterum,



*a*) Vide Gutachten der Reichs Deputation die Verbeſſerung des Iuſtiz-Weſens betreffend, ap. MEIERVM in Actis comit. Ratisbon. T. II. L. x. §. 2. n. 1. p. 202. ſ. Ibi de hoc capite ita expoſuerunt ſententiam Deputati: „*Zwar iſt von den Herren Cammeralen bey dieſen beyden Punctis fuir nicht undienlich erachtet worden, daß das* medium Reviſionis, *und zwar aus denen von ihnen angefuihrten ſehr truiftigen Rationen und Motiuen,* tanquam verum refugium temere litigan-

rum, quod ſuadebant Camerales, vt, ſin ipſam forte Reuiſionem ſaluam relinqui praeplaceret, ſuperiori Camerae Senatusconſulto ab Imperio confirmato, generali caueretur lege, Reuiſione quouis modo petita, ſententiam nihilominus tradi deberi exſequutioni. Adprobauit Deputatio Imperii et Reuiſioni effectum ſuſpenſiuum adimendum eſſe cenſuit *b*). Euangelici autem, quibus in cauſſis religionis Camera Imperii ob imparitatem iudicantium iudex quodammodo ſuſpectus videbatur, vrgebant exceptionem, et placito Deputationis inſeri curabant, in cauſſis religionis, quippe in quibus de periculo animarum ageretur, nec facile res in priſtinum ſtatum reduci poſſet, ſaluum ipſum eſſe relinquendum *c*).

§. XI.

litigantium *ganz abzuſtellen, nachdem aber bey ſolchen Punct allerhand ſtarcke Conſiderationes* in contrarium *vorkommen, warum das Reviſions Remedium nochmals in ſeinem Eſſe zu erhalten: Als halten der Churfuirſten„ etc.*

*b*) Ita apud MEIERVM l. c. ſonat placitum Deputationis: „*Erachten gleichwol, ſo viel dieſen ſchwerwichtigen* punctum Reviſionum *hauptſaechlich betrift — nicht undienlich zu ſeyn, daß kuinftig ſo lang und viel, bis die ordentliche Viſitationes und Reviſiones Actorum widerum in Gang gebracht worden, der* Effectus ſuſpenſionis *aufgehebt, und allein* devolutionis — *ſtat finden ſolle.*„

*c*) „*Daß es in Religions Sachen, und was davon dependirt, bey dem Proceß der in den* Conſtitutionibus Imperii de annis 1555. 1557. 59. *und 66. gegruindet, gelaſſen, und gleichwie der* Effectus ſuſpenſiuus *in dieſen Religions Sachen* dato *ſtat gehabt, alſo kuinftig haben und behalten, auch hiedurch dem diesfalls* introducirten *Memorial* de anno 1560. *nicht* praejudicirt *ſeyn ſolle.*„

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/22 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## §. XI.

*Idem ſtatuit R. I. N.*

Eadem materia ordinandae rei iudiciariae in Comitiis Ratisbonenſibus agebatur, vt, quae Deputati Francoſurtani conſulerant, lege Imperii uniuerſali proponerentur. Ibi quum de Reuiſione eiusque effectu ſuſpenſiuo iuxta placitum Deputatorum ſeruando ageretur, adeo diſſentiebant Catholici Status ab Euangelicis, vt illi omnes ex una parte in totum tollendum eſſe hunc Reuiſionis effectum, hi contra ex altera parte omnino ipſum in cauſis Religionis ſeruari debere contenderent, ratione addita, damnum ratione animarum ſubeſſe irreparabile, nec ſatis per cautionem rem ſaluam, ſicuti in politicis, ſeruari poſſe *a)*. Imperator quidem in *Reſolutione in puncto*



*a)* Vid. Nochmahlige ausfuihrliche Deliberationes der ſaemtlichen Reichsſtaende ueber den Punctum Iuſtitiae d. 13. Febr. 1654. in MEIERI Act. Comitial. T. II. L. 13. p. 462. ſeqq. Quaedam vota ex utraque parte dabimus: „Oeſterreich: — *Muiſſe nothwendig erinnern, daß bey dem* puncto de caſſando effectu ſuſpenſiuo *in Religions-Sachen einige Exception eingeruikt, daß nemlich in Religions-Sachen der* effectus ſuſpenſiuus *ſtat haben ſollte. Nun erinnere man ſich nicht, daß ſolches* in Collegio Deputatorum *vorkommen und reſolviret waere, und ſeyn die Urſachen, ob ſelbiger* Effectus *ſolle caſſirt werden, in dem von den* Aſſeſſoribus Camerae *ausgeſtellten Bedenken wohl erwogen; waere eine bedenkliche Sache, daß nachdem dieſe* quaeſtio *ſo lange* ventiliret, *dennoch die Reviſion fuirgenommen werden, und die Partheyen, ſo Urtheil und Recht fuir ſich haetten, des* Effectus

*cto iuſtitiae* adoptata Catholicorum ſententia, nullo adhibito inter

ctus *nicht genieſſen ſollten.* Wann aber der Effectus ſollte caſſirt werden, muiſſe es vniuerſaliter und ſine exceptione geſchehen.„ —

„**Worms** — daſs der Effectus ſuſpenſiuus auch in cauſſis religionis ceſſiren muiſſe, *damit dem I. P. ein voelliges Genuigen geſchehen, und demſelben nicht entgegen gegangen werde. Was davon im Gutachten der* Deputatorum *ſtehe, ſey* per errorem dictantis *hineingekommen, und alſo darin geblieben, da es ſonſt vorher ausgeſtrichen geweſen.*„

„**Altenburg.** — *Was den* Effectum ſuſpenſiuum *in Religions Sachen anlanget, ſo ſey von etlichen vorſtimmenden dafuir gehalten worden, daß ſolcher auch in Religions Sachen ceſſiren ſolle. Nun erinnere man ſich aber, was deshalb bey der Frankfurtiſchen An. 1644. und jetzt bey dieſer Deputation, und daß ſo wohl die Herren Cathol- als Euangeliſchen es dabey gelaſſen, daß zwar der* Effectus ſuſpenſiuus in cauſſis ſecularibus ceſſiren, in cauſſis religionis *aber bleiben ſolle, wie ſolches aus der Herren Deputirten Relation, ſo juingſthin* per dictaturam *communicirt worden, zu erſehen;* ibi: Doch mit denen im Gutachten enthaltenen conditionibus. *Es ſey alſo nicht* ex incuria dictantis hinein *geruickt, ſondern man habe es des Tages vorher, als es dictirt werden ſollen, erinnert, daß ſolches inſerirt werden muißte, wie es denn auch darauf erfolget, daß das Marginale hinzugeſetzet. Und ſey auch an dem, daß man anderergeſtalt in die Caſſation des* Effectus ſuſpenſiui *nicht gewilliget, muißte ſonſt die dahin gegangene Vota zuruiknehmen, bevorab weil man im I. P. etlicher maſſen fundirt, da am Kayſerlichen Hofe den* ſupplicantibus remedium ſuſpenſiuum *zugelaſſen; Wann nun ſolches beym Reichs - Hoff-Rath zulaeßig, werde es auch am Cammergericht gelten muiſſen, zumahlen man ſich zu erinnern, daß dieſes bey der Deputation in verſchiedenen* Votis pro motiua *angezogen, und dahero den* Effectum

*zu*

*zu ſuſpendiren begeret worden.* Sey dahero ſo wohl im Cammergericht in cauſſis relig., als am Reichshofrath in omnibus cauſſis der Effectus ſuſpenſiuus zuzulaſſen und zu behalten.„ —

„**Braunſchweig Wolfenbüttel**: *daſs ſonſten der* Effectus ſuſpenſiuus, *wann* in cauſſis religionem concernentibus Reuiſio *gebeten wuirde,* in integro *bleiben, und alſo dieſer* Caſus *eine* Exception *der geſetzten Regel ſeyn ſollte, ſey nicht allein in dem Frankfurter Gutachten* de an. 1644., *ſondern auch bey der Deputation allhier beſchloſſen, den* concluſis *inſerirt, dictirt, und allemahl noch zuletzt darauf beſtanden worden. Es ſey ein groſſer Unterſchied, zwiſchen ſolchen Sachen, welche Geld und Gut, und welche die Religion betreffen. Denn wenn in jenen ſchon exequirt, hernach aber* in puncto Reuiſionis *die erſten Urtheile reformirt, und die Execution zuruickgezogen wird, ſtehet ſolcher Schade allemahl zu ergaenzen, und die Sache* in eum ſtatum, in quo fuit ante exſequutionem, *zu ſetzen. Wenn aber Kraft einer ausgeſprochenen Urtheil in einem Lande, Stadt, Amt eine Reformation vorgegangen, iſt der darunter begangene Fehler aus dem Grunde nicht zu corrigiren, ſintemahl eine jegliche Religions Parthey dafuir halten wird, daſs durch die Reformation, und wann die unter ihnen eine andere Religion annehmen ſollen, den* animabus ſubditorum *ein* irreparabile damnum *zugezogen und imprimirt wird, welches hernach durch eine Gegen-Reformation ſich nicht wider repariren, in vorigen Stand ſetzen, und die angenommenen* opiniones *aus dem Herzen bey manchen* eradiciren *laſſen. Es ſey ſolches wohl zu bedenken,* agi hic de periculo animarum, *und zwar aller beyder Religions Partheyen, und koenne es ſo bald den einen, als den andern treffen. Die Vorfahren im Reich haben zu Anfang vorgemeldten* Effectum ſuſpenſiuum in cauſſis Religionis *ohne allen Zweifel nicht allein und ſo viel aus der Urſache*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/25
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

eſſe effectum ſuſpenſiuum arbitrabatur *b*); Verum quum in vlterioribus deliberationibus iterum inſtarent Euangelici, et eum in vniuerſum ſeruari, quam ſententia ſua cedere mallent *c*): tandem hancce cauſſam futuris Comitiis committi, interim autem effectum ſuſpenſiuum in cauſſis religionis ſaluum

*Urſache verſtattet, daß ſie in die* imparitatem iudicantium *ein Mistrauen geſetzt, alſo aus vorberuihrter Ration und Uhrſachen.* Es ſey alſo bey dem vorgeſezten Bedenken mit Recht zu laſſen.„

„**Calenberg**: Cauſſae religionem concernentes *muißten von dem* Effectu ſuſpenſiuo Reuiſionum *ausgenommen werden. Denn weilen dieſelbe* arduae, *und* ſaepe ſalutem animarum concernentes *ſeyn, wollte ungereimt fallen, wenn* iuſtitia lata *zur Execution gebracht, und* e. gr. *zur Reformation geſchritten wuirde, und ſo dann* in Reuiſiorio ſententia prioris inſtantiae, *mit Verwirrung vieler bloeder Gewiſſen und Gefahr der Seeligkeit wider ſollte geaendert und abgeſchaffet werden.* — „

*b*) Der Roem. Kayſ. Maieſtaet Reſolution in puncto iuſtitiae dict. 23. April. 1654. — „*Belangend den* Effectum ſuſpenſiuum Reuiſionis *ſehen Ihro Kayſerliche Majeſtaet einige rechtmaeßige billige Urſachen nicht*, warum disfalls ein Unterſchied inter cauſas eccleſiaſticas et publicas zu machen, *und laſſen es dahero bey dem verbleiben*, daſs derſelbe durchgehend aufgehebt werde.„ MEIERN l. c. L. 14. p. 642.

*c*) Concluſum im Fuirſten Rath *den* $\frac{18}{28}$. *April 1654. ueber die Kayſerliche Reſolution:* — *Wegen* — *des* Effectus ſuſpenſiui Reuiſionis in cauſis eccleſiaſticis *beſtehen die Herren Catholiſche bey ihrer vorigen Meynung, und conformiren ſich I. K. M. allergnaedigſter Reſolution.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/26 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

uum manere paſſus eſt *d*). Ita finita diſceptatione, ex mente Euangelicorum in Receſſu ſtatuebatur, Reuiſioni in cauſſis religionis forte interponendae, effectum ſuſpenſiuum relinquendum eſſe, donec in aliis comitiis aliter forte conuentum fuerit *e*). Quod quum factum adhuc non ſit, Receſſus nouiſſimi diſpoſitionem Ius hodiernum efficere, dubium non eſt.

§. XII.

*ſolution. Hingegen begehren die Herren Augsburgiſchen Confeſſions Verwanndte nochmahlen, daß — entweder von Caſſation des* Effectus ſuſpenſiui Reuiſionis *die* cauſſae eccleſiaſticae *wenigſtens bis auf kuinftigen prorogirten Reichstag genommen, und alsdann ueber dieſen Punct weiters* tractiret, *oder, da man Catholiſchen Theils hieran Bedenken, bedeutetem* Effectui ſuſpenſiuo *ſo wohl* in cauſſis politicis *als* eccleſiaſticis *noch ferners wie vor dieſem ſtat gegeben werden ſollte.*„ MEIERN l. c. p. 653.

*d)* Ihro Kayſerliche Majeſtaet endliche und letzte Reſolution in puncto Iuſtitiae dict. $\frac{21}{3}$. $\frac{\text{April}}{\text{May}}$ 1654. „ *6. Wegen des* Effectus ſuſpenſiui *aber, obwohl I. K. M. dafuir halten, daß diejenigen Bedenken, um welcher willen die A. C. Verwandte derſelben in Religions Sachen noch continuiret haben wollen, durch den Friedens Schluß ſchon ueberfluißig* remediret *und abgeholfen worden, dieweil man aber dismahl darueber ſich nicht vergleichen koennen, ſo laſſen I. K. M. an ihrem Orte geſchehen, daß dieſer Punct auf den* prorogirten *Reichstag ausgeſtellet bleibe.*„ MEIERN l. c. p. 657.

*e)* R. I. N. §. 124. „*Wie denn auch in den kuinftigen* Reuiſionibus, *welche* in Geiſtlichen, *oder* Religions Sachen *geſucht werden moegten,* der Effectus ſuſpenſiuus noch ſo lange zu laſſen, *bis auf bevorſtehenden* prorogirten *Reichstag, oder andern Reichs Conuent, man ſich hierueber ebenmaeßig eines andern vergleichen wird.*„



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/27 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## §. XII.

*Ratio iſtius diſpoſitionis indagatur.*

Rationem, cur in hiſce cauſſis effectum ſuſpenſiuum Reuiſionis conſeruandum eſſe adeo contenderint Euangelici, optime cum PERILL. STRVBEN *a*), *eximio Iurisprudentiae et vniuerſae rei litterariae decore*, ex ipſis Euangelicorum votis hac occaſione latis eruemus. Nam *primo loco* a cauſſis ſecularibus, in quibus effectus iſte ſublatus, ea intercedebat differentia, quod hae ex regula in prima inſtantia coram Auſtraegis ventilentur, a quibus parti grauatae dein ordinarium remedium ſuſpenſiuum adpellationis ad Cameram Imperialem datur, e contrario autem cauſſae eccleſiaſticae, praeteritis Auſtraegis, ſtatim ad Iudicium Camerale ſint deferendae, vbi, Reuiſione iſto effectu priuata, remedium ſuſpenſiuum ſuccumbentibus ſupereſſet nullum. Atque ſic eadem plane ratio, videlicet, vt ne partes omni remedio ſuſpenſiuo deſtituantur, quae introducendo remedio ſupplicationis in Conſilio Imperiali Aulico locum dedit, et hic effecit, vt in cauſſis religionis in Camera Reuiſioni effectus ſuſpenſiuus maneat ſaluus *b*). *Dein* autem multum intereſſe deprehenditur, inter ſententiam, patrimonium noſtrum et religionem con-

*a*) Rechtl. Bedencken. T. II. Obſ. IV.

*b*) Ita votum Calenbergicum apud DE MEIERN Act. Comitial. Ratisbon. P. II. p. 542. „*Es iſt auch in dem* Inſtr. Pac. art. V. §. 20. n. 5. quoad proceſſum *klaerlich* exprimiret, *warum die* in Iudicio Imperatoris interponirte ſupplicationes effectum ſuſpenſiuum *haben ſollen*, *nehm-*

concernentem, ſiquidem, illa exſequutioni tradita, res facile in priſtinum ſtatum reduci poſſit, quod vero in hac non tantum difficilius, ſed quoque cum animarum periculo foret coniunctum, ſi forte ſecundum priorem ſententiam altera pars exercitium ſuae religionis introduxiſſet, et iam, eadem in Reuiſorio ſuccumbente, altera aliud exercitium religionis introduceret *c)*. *Tandem*, quum ex ipſius Reuiſionis indole non niſi erga cautionem idoneam exſequutio mandanda

 ſit,

*nehmlich* ne partes ibidem litigantes omni remedio ſuſpenſiuo deſtituantur, quae ratio et in cauſſis religionis, *als welche* primam inſtantiam in Camera Imperiali *gewinnen*, imitiret: *Da hingegen die* cauſſae politicae *gemeiniglich* vel in inferioribus iudiciis, vel coram Auſtraegis *zum erſtenmahl* ventiliret *werden, und der* condemnatus *ein* remedium ſuſpenſiuum per prouocationem ad Cameram *hat.*„

*c)* Conf. DE MEIERN l. c. p. 527. et 542. vbi: „Braunſchweig Wolfenbüttel — *Es ſey ein groſſer Unterſchied zwiſchen ſolchen Sachen, welche Geld oder Gut, und welche die Religion betreffen. Denn wenn in jenen ſchon exequirt, hernach aber* in puncto Reuiſionis *die erſten Urtheile reformirt, und die Execution zuruick gezogen wird, ſtehet ſolcher Schade allemahl zu ergaenzen, und die Sache* in eum ſtatum, in quo erat ante executionem, *zu ſetzen. Wann aber Kraft einer ausgeſprochenen Urthel in einem Lande, Stadt, Amt eine Reformation vorgegangen, iſt der darunter begangene Fehler aus dem Grunde nicht zu corrigiren, ſintemahl eine jegliche Religions Parthey dafuir halten wird, daß durch die Reformation, und wann die unter ihnen eine andere Religion annehmen ſollen, den* animabus ſubditorum *ein* irreparabile damnum *zugezogen und* imprimirt *wird, welches hernach durch eine Gegenreformation ſich nicht wider repariren,* in

ſit, vix fieri poterit, vt ſuper religione, tanquam plane re inaeſtimabili ſufficiens cautio offeratur, et hac igitur ratione iam ſua natura Reuiſio in hiſce cauſſis effectum ſuſpenſiuum non eſt admiſſura *d)*. Quae poſteriores rationes, licet proprie tantum ad cauſſas *Religionis*, proprie ita dictas, pertingere videantur, eas tamen ex iſtis cauſſis, quas *Eccleſiaſticas* ſuperiori paragrapho adpellauimus, adplicare, eominus dubitamus, quum hae ad annexa cultus diuini in legibus referantur

*in vorigen Stand ſetzen, und die angenommene* opiniones *aus dem Herzen bey manchen* eradiciren *laſſen. Es ſey ſolches wohl zu bedenken,* agi hic de periculo animarum, *und zwar aller beyder Religions Partheyen, und koenne es ſo bald den einen, als den andern treffen.*„ — „**Calenberg**: Cauſſae religionem concernentes *muißten von dem* Effectu ſuſpenſiuo Reuiſionum *ausgenommen werden. Dann weilen dieſelben* arduae, *und* ſaepe ſalutem animarum concernentes *ſeyn, wollte ungereimt fallen, wann* iuſtitia lata *zur Execution gebracht, und* e. gr. *zur Reformation geſchritten wuirde, und ſo dann in* reuiſorio ſententia prioris inſtantiae *mit Verwirrung vieler bloeder Gewiſſen und Gefahr der Seeligkeit wider ſollte geaendert und abgeſchaffet werden.*„

*d)* DE MEIERN l. c. p. 596. „**Anhalt**: *Es koenne anders nicht ſeyn, denn daß die* Reuiſiones in cauſſis religionis effectum ſuſpenſiuum *haben muißten, ſintemal vermoege Rechtens der Sieghafte im Stande Rechtens dem* ſuccumbenti et Reuiſionem interponenti *vor allen Dingen der Reſtitution halber genugſame Caution leiſten muiſſe. Ob nun eine* ſufficiens cautio ſuper religione, tanquam re inaeſtimabili, et cuius non eſt commercium, *praeſtirt werden koenne, und immittelſt* ſuper cognitione *nicht viel mehr Zeit, als ueber der Reuiſion ſelbſt verlaufen werde, ſtelle man auf Nachdencken.*„

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/30 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

rantur *e*), atque ſic pari cum illis iure non poſſint, quin fruantur.

*e)* I. P. O. Art. V. §. 31.

---

## Capvt Secvndvm.

# De cauſſis reſtituendorum pacis Weſtphalicae ex capite grauaminum.

## §. XIII.

*Quid ſint cauſſae Eccleſiaſticae et Religionis declaratur.*

Cauſſas has Eccleſiaſticas et Religionis, de quibus loquitur lex Imperii, nullas eſſe alias, quam quae religionis eiuſue exercitii intuitu, ſiue de iure reformandi, quod dicunt, inter Catholicos et Euangelicos orirentur, ex ipſis Euangelicorum votis, quibus debetur haec diſpoſitio, palam eſt. In iis enim quo acerbiores a temporibus inde puriorum ſacrorum ortae erant, eo minus et in poſterum plane defuturae praeuidebantur contentiones, in quibus conſcientiae, libertati et animarum ſaluti proſpicere voluiſſe dicendi ſunt noſtri. Atque ſi ſpeciatim in duplicis illius dictionis, *Geiſtliche und Religions Sachen,* inueſtigemus, per cauſſas *Religionis* ipſum religionis exercitium et cultum diuinum, per cauſſas *Eccleſiaſticas* vero, quidquid iura, bona, reditus eccleſiae, quae illius ſunt annexa, indigitari, coniicere non dubitamus *a)*.

 §. XIV.

*a)* Vid. perill. STRVBEN Rechtl. Bedenken. T. II. p. 40. ſ. BLVMII Proceſſ. Camer. Tit. 79. n. 23.

## §. XIV.

*De quibus definiendis in pace Weſtphalica actum. Terminus decretorius ſtabilitus.*

Enimuero quum in pacis Weſtphalicae tractatibus de ſedandis ac componendis Germaniae turbis agebatur, in primis etiam de litibus religionis eiuſue exercitii intuitu inter Euangelicos et Catholicos adhuc agitatis eo magis cogitandum erat, quo miſerius iis dudum dilacerata erat Germania, quo certius, has tantum non omnem bello praebuiſſe cauſſam, conſtabat *a*), quo denique ſerius Euangelici, in primis Sueci, ab ipſis uniuerſae pacis compoſitionis initium faciendum poſtulabant *b*). Sicuti nempe in quauis pacificatione tum de remouendo effectu belli, ſeu reſtituendis iis, quae iniuria eius ablata vel turbata ſunt, *Amneſtiam* dicunt, tum de tollenda cauſſa belli, componendis ſcilicet litibus, et amice definiundis vtriusque partis iuribus agitur: ita et vtrumque caput a Pacis Weſtphalicae conſortibus ſedulo tractatum eſſe, diſpicimus. Quod ad caput amneſtiae attinet, naturalius nil erat, quam vt omnia in eum ſtatum reducerentur, quo ante exortum bellum fuerant, et ſic eius intuitu fieri aliter non poterat, quam vt in Pace Weſtphalica annus cIↃIↃcXIIX., ceu initium belli, pro norma adoptaretur, ad quam redigenda et reducenda eſſent belli occaſione erepta vel turbata. Cauſſam vero bello dederat certe inteſtinam ac domeſticam duplex litium et querelarum de iuribus ſibi competen-

a) Vid. I. P. O. *A. V. pr.*

b) Conf. DE MEIERN *Acta Pacis Weſtphal. T. I. p.* 412.

petentibus violatis, *grauamina* adpellant, genus, alterum politica et ſtatum publicum in ſecularibus, alterum religionem et ſtatum eccleſiaſticum reſpiciens. Gravamina politica ſigillatim partim in ipſa pacis formula Art. V. IIX. et IX. paſſim deciſa, partim ad proxima Comitia remiſſa ſunt *c)*. Grauamina contra eccleſiaſtica duplici ratione definita reperiuntur: I.) Intuitu totius Imperii et habitus religionis vtriusque ad ſtatum publicum totius Germaniae generaliter mutua et exacta aequalitas, ita vt, quod vni parti iuſtum eſt, alteri quoque ſit iuſtum, ſtatuta *d)*, ſimulque aequalitatis huius efficiendae ergo vtriusque religionis Statibus egregium illud in partes eundi ius firmatum eſt *e)*; II.) Ratione Status religionis eiusue exercitii in ſingulis territoriis autem A.) inter Euangelicos inter ſe, quatenus duas partes ſaciunt, omnia conuentis pactis, priuilegiis, reuerſalibus, aliiſue diſpoſitionibus relicta ſunt *f)*; B.) Inter Euangelicos verum et Catholicos, quum tam innumera fere copia et ingens eſſet diuerſitas litium, vt ſingulae inter ſingulas partes ſeorſim diiudicari, et iuris ipſius cuilibet competentis intuitu decidi non poſſent, ad ſolam tantum poſſeſſionem, ſuperhabito petitorio, reſpici hic debere placuit, eiuſque ratione anni cIↄIↄCXXIV. et

c) Perill. G. D. HOFFMANN *Conſideratio hiſtorico-iuridica eorum, quae in Pace Weſtphalica expediri nequiuerant, ad proxima comitia remiſſorum. Tubingae 1754.*

d) I. P. O. *A. V. §. 1. 51, 54.*

e) I. P. O. *A. V. §. 52.*

f) I. P. O. *A. VII. §. 1.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/33 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

et ipſius diei I. Ianuarii ſtatum pro aeterna norma, ad quam vtriuſque religionis iura in poſterum ſemper reducenda ſint, accipiendum eſſe, tandem poſt longas contentiones et deliberationes g) ſancitum eſt *h)*.

g) Quae de his apud PFANNERVM *hiſtor. pacis Weſtphal.* (edit. tert.) *p. 153. 177. etc.* ADAMI *arcanis pacis Weſtphal.* (edit. prim.) *p. 103. ſeqq. etc.* et MEIERVM *l. c. T. I. II. et III.* iuxta temporis ſeriem ſucceſſiue occurrunt, ſuccincte ex poſteriore potiſſimum opere ſiſtit perill. G. D. HOFFMANN *de die decretorio p. 83. ſqq.*

*h)* I. P. O. *A. V. §. 2.*

## §. XV.

*Qui duplicem normam conſtituit.*

Ita ſtabilitus, quem dicunt, ***terminus decretorius et normalis*** tum I.) normam conſtituit reſtitutionis, quae in eccleſiaſticis iuxta Pacem Weſtphalicam poſt bellum tricennale facienda erat, ita vt, qui poſſeſſione, quam dicto anno habuerunt, quacunque ratione ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium exciderunt, aut in ipſa turbati ſunt, plenarie, illico, abſque omni exceptione et tergiuerſatione reſtituantur *a)*; Tum II.) baſin et fundamentum continet iurium omnium, quae religionis eiuſue exercitii intuitu inter Evangelicos et Catholicos intercedere poſſunt, ea ratione, vt, quidquid quaelibet pars dicto anno poſſedit, retineat etiam in poſterum, atque quiete et inperturbate poſſideat, iſque terminus, vnicum ac ſolum ſit obſeruantiae futurae fundamentum, ac con-

*a)* I. P. O. *A. V. §. 2. 15. 25. 32. A. XVI. §. 2. 4. 5.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/34 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

conuentio, quamuis de religionis diſſidiis conueniri amicabiliter non poſſit, perpetua et pax ſemper valitura *b*). Ceterum autem, ſicut ipſa pax, ita etiam hic in eo conuentus terminus, lex perpetua eſt, obligans non minus abſentes, quam praeſentes, eccleſiaſticos aeque ac politicos, ſiue Status Imperii ſint, ſiue non, eaque tam Caeſareis, Procerumque conſiliariis et officialibus, quam tribunalium omnium Iudicibus et Aſſeſſoribus tanquam regula, quam perpetuo ſequantur, praeſcripta *c*), inſtar regulae obtinet, nec ratae et firmae ſunt conuentiones aliae, quam quatenus dicti anni obſeruantiae non aduerſantur, non attentis, ſed annihilatis eidem contrariis ſententiis, reuerſalibus et pactis tam praeteritis, quam futuris *d*).

*b*) I. P. O. *A. V. §. 14. 25. 26. 31.*

*c*) I. P. O. *A. XVII. §. 2.*

*d*) I. P. O. *A. V. §. 33. A. XVII. §. 3.* Adeo generaliter ſtante hac norma commiſeratione ſane digniſſima, et ſummam ignorantiam ſapiens eſt exceptio, quod cauſſa aliqua ideo ad reſtituenda ex pace Weſtphalica referenda non ſit, quia dici ac probari nequit, ipſam bello tricennali dediſſe anſam. Vid. *Selecta Iur. publ. nouiſſ. P. XXXIIX. p. 382.* vbi adeo in ſcripto illuſtri eam propoſitam eſſe, miraberis.

## §. XVI.

*Primo de reſtitutione ex ipſo facienda agitur. A.) Rei geſtae ſeries. Edictum exſecutionis. Arctior exſequendi modus. Receſſus exſequutionis praeliminaris.*

Iam quod *primo loco* ad reſtituenda ex pace Weſtphalica poſt compoſitum bellum tricennale attinet, licet in ipſa pacis

 for-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/35 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

formula, quomodo exſequutioni mandanda ſit, Art. XVI. conuentum iam fuerit, eique conuenienter ſtatim pacificationis negotio perfecto ab Imperatore d. d. 7. Nouemb. cIↃIↃCXLIIX. reſtituendorum tam ex capite amneſtiae, quam ex capite grauaminum intuitu edictum publicaretur *a)*; tamen eo difficilior reddebatur mox ab initio exſequutio, quo aegrior fere vbique ferebatur facienda reſtitutio *b)*. Tandem commutatis vtrinque pacis ratihabitionibus, quas propter ipſas illas in reſtituendo motas difficultates renuerant Sueci *c)*, promulgatur die 2. Martii a. cIↃIↃCXLIX. a Statibus conceptus *arctior exſequendi modus d)*, Imperatori probatus, vbi Principibus circulorum directoribus (*Krays ausſchreibende Fuirſten*) iniungitur: „*Wo das* Inſtrum. pacis ſpecialiter diſponirt, ſecundum literam, *im uibrigen* ex regulis generalibus, *und zwar jedesmahl* ſumtibus reſtituentis *zu reſtituiren; Im Fall* ſuper facto poſſeſſionis dubia *von ſonderbarer Erheblichkeit vorfielen, dieſelbe* ſummariiſſime *alſobald* in loco exſequutionis *zu eroertern, gegen ungehorſame auf die Strafe des Friedensbruchs zu verfahren etc.*„ Verum, quum de euacuatione locorum, quae bello occupata erant, quam reſtitutioni praecedere Caeſarei, Sueci contra hanc ſequi vellent, quaeſtio orire-

*a)* SCHMAVSSII *Corpus Iur. publ. p. 849.*

*b)* PVFFENDORFF *de rebus Suecicis. Lib. XX. §. 212. ſ. p. m. 887.* (edit. Vltraiectinae A. cIↃIↃCLXXXVI.)

*c)* PVFFENDORFF *l. c. §. 223. ſ. p. m. 890. ſ.*

*d)* SCHMAVSS *l. c. p. 853.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/36 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

oriretur e), poſt varias contentiones in conuentu Norimbergenſi die II. Septembr. *Receſſus exſequutionis praeliminaris f)* perficitur, et in ipſo diſponitur, vt I.) caſus liquidi in ſpeciali deſignatione deſcripti in continenti, et ſine omni exceptione ac tergiuerſatione intra tres terminos, quemcunque quindecim dierum, II.) reliqui autem, qui propter multitudinem ac diuerſitatem, nec non probationum difficultatem et locorum diſtantiam ſtatim explicari non poterant, intra tres menſes reſtituerentur, horumue omnium eo rectius atque celerius expediendorum gratia Deputatio Statuum Imperii ad perficiendum reſtitutionis negotium ordinaretur.

e) PVFFENDORFF *l. c. L. XXI. §. 40. p. m. 911. ſ.*

f) SCHMAVS *l. c. p. 854.*

## §. XVII.

### *Receſſus exſequutionis principalis.*

Ordinata quidem Deputatio Imperii iam de caſibus reſtitutionis cognoſcere, eaſque exſequutioni mandare coepit. Aſt quum iterum de deſignatione reſtituendorum Deputatio cum Suecis conuenire haut poſſet a), tandem d. 16. Iunii A. cIɔIɔcL. ſtabilitur *Receſſus exſequutionis pacis principalis b)*, quo, quidquid in materia reſtitutionis adhuc reliquum fuit, definitur, eique deſignationes reſtituendorum in *tribus*



a) PVFFENDORFF *l. c. §. 93. ſ. p. m. 929. L. XXII. §. 21. ſ. p. m. 749.*

b) SCHMAVS *l. c. p. 863.*

*terminis* et in *tribus menſibus* adiectae ſunt. Ita ipſum reſtitutionis negotium ac reſtituendi modus ſufficienter ſtabilitus erat, ſed qui merito iam ſperabatur euentus non ſucceſſit, ſegniter adeo a Deputatione tractata reſtitutione, vt vix reſtituendi in tribus terminis, multo igitur minus reſtituendi in tribus menſibus ad finem perducerentur. Quare iam tunc grauiſſimas Suecorum reprehenſiones incurrit, quas et nouiori tempore a Corpore Euangelicorum legimus repetitas *c*).

*c*) Vid. Schreiben des Corp. Euangel. vom 16. Nov. 1720. und das ueber die Relig. Beſchwerden der A. C. Verwandten am 12. April dictirte Commiſſions-Decret in FABRI Staats-Canzlei T. XXXVII. p. 694. et VON SCHAVROTH Concluſ. Corp. Euangel. T. II. p. 759.

## §. XVIII.

*Comitia A. cIɔIɔcLIII. et Conuentus Deputationis A. cIɔIɔcLV.*

Conuocata interim ab Imperatore per litteras d. d. 27. Aprilis A. cIɔIɔcLII. erant, et congregata anno ſequenti Ratisbonenſia Comitia, inque iis etiam ſecundo loco in propoſitione Caeſarea proponebatur perficiendum reſtitutionis ex capite amneſtiae et grauaminum negotium *a*). Grauiter deſuper inter Euangelicos et Catholicos in Comitiis certatum, tandem autem de ordinanda Deputatione extraordinaria conuentum. Quae tamen, licet ſubinde congregaretur, ob tergiuerſationes Catholicorum exitum habuit nullum. Potius Imperator finem vrgebat Comitiorum, quae iam, non attentis

*a*) LONDORP Acta publica. T. VI. p. 658. T. VII. p. 55.

tis Euangelicorum interceſſionibus, diſſoluebantur *b*), reſiduo reſtitutionis nouae ordinariae Deputationi mox congregandae relicto *c*). Inſtitutus eſt quoque d. 13. Sept. anno cIↄIↄCLV. Francofurti nouae huius Deputationis conuentus, ac in eo de reſiduis reſtituendis primo loco deliberari coeptum. Verum ortis mox ab initio controverſiis, in quibus omnia indeciſa relinquebantur, poſt mortem Ferdinandi III. Imp. quieuit, et, quamuis electo Leopoldo, aegre licet ferente Imperatore, iterum continuaretur, tamen conuocatis a. cIↄIↄCLXII. Comitiis ex voto Imperatoris finitus eſt, ne vnico quidem caſu in negotio reſtitutionis definito *d*).



*b*) DE MEIERN Acta comitialia. T. I. L. VII. HEERDENS Grundfeſte des Heil. Roem. Reichs teutſcher Nation. Sect. III. Cap. 8. p. m. 292. ſ.

*c*) R. I. N. §. 191.

*d*) LONDORP l. c. T. VII. p. 1055. T. VIII. p. 416. HEERDEN l. c. c. 6. in f. p. m. 284. Corpus Euangelicorum in citatis modo antea litteris de hoc Deputationis conuentu queritur: „*Euangeliſche Churfuirſten, Fuirſten und Staende haben noch in gar zu friſchen Angedenken, wie ſchlecht, fruchtlos und ungluickſelig es mit den Nuirnbergiſchen und Frankfurtiſchen Deputationen abgelaufen, und ergeben die Acta der letztern, inſonderheit vom October 1655, daß man unter den vielen langen Aufzuigen und Umtrieb der Sachen, auch wunderlichen Auslegungen und Deuteleyen nicht einmahl* in ipſis principiis generalibus, *geſchweige* in hypotheſi *einig werden koennen, ſondern man habe bey der zuerſt vorgekommenen Hildesheimiſchen Capuciner Sache ſich gleich*

## §. XIX.

*Comitia A. cIɔIɔcLXIII. et Conuentus Deputationis cIɔIɔcLXV.*

In nouis quidem hiſce Comitiis ab initio quidem in propoſitione Caeſarea numero tertio deliberationibus commendatum eſt: „*Auf was Weiſe dasjenige, was vermoege erſtgedachten Friedens-Schluſſes noch etwan zu vollziehen hinterſtellig, gebuihrend exequirt — werden moege a*).„ Ordinata quoque eſt a. cIɔIɔcLXV. Deputatio extraordinaria in Comitiis ad punctum reſtituendorum, eiuſque placitum de reſtitutione perficienda locum fecit Concluſo communi trium Collegiorum, quod, ab Imperatore d. 1. Februarii a. cIɔIɔcLXVI. ratihabitum, cauebat: „*Daſs von den bei vorigem Reichstag erkieſsten Deputirten mit Ertheilung desjenigen Gewalts, ſo ihnen Kraft der Inſtruction vom 7. Maerz des 1654ſten Iahres gegeben*

*gleich auf die* Comitia *und* interpretationes authenticas *berufen, und vielfaeltig beſage der Acten von den Monathen October und Nouember 1655. geaeuſſert, daß ohne* comitial *Eroerterung, wegen der Catholiſcher Seits aufm Reichstage A. 1654. geregter ſogenannter vier* dubiorum *bei der Deputation nichts auszurichten, wohin auch ſogar die Oeſterreichiſche* Subdelegati *die* Specificationem grauaminum *verwieſen, ſo daß A. 1662. mancher Stand, welchen in den 8. bis 10. Iahren die Geſandſchafts Koſten auf 50. 80. bis 100. 000. Gulden zuſtehen gekommen, vor dieſe Ausgaben nicht den geringſten Nutzen geſehen, und endlich alles ſich zerſchlagen und abgebrochen worden, ohne daß man einmahl eine ſo oft* ſollicitirte Relation *dieſer* Deputation *habhaft werden koennen.*„

a) LVNIGS Reichs Archiv. P. *gener. p. 646.* LONDORP. *l. c. T. VIII. p. 965.*

*geben worden, nunmehro* ipſa materialia *dieſes Punctes angegriffen, und nach Ausweiſung des* Inſtrumenti Pacis *und juingſten Reichs Abſchiedes obſervirt werden ſollen b)*." Enimuero nihilo ſecius de reſtauranda iſta Deputatione haut magis, quam de finiendo tandem dudum exſpectato et deſiderato reſtitutionis negotio cogitatum eſt.

*b)* Neueſte Sammlung der Reichs Abſchiede. *T. IV.* p. 41. Quae poſtea hac de re acta ſint, breuiter ſiſtit perill. I. I. MOSER tr. von Reichstags Geſchaeften. p. 365. ſ. Conf. quoque FABRI Europ. Staats Canzley. *T. LXXXVII. p. 238. ſeqq.*

## §. XX.

*Sanctio Capitulationi Caeſareae inſerta.*

Iam quidem ſtatim poſt initam pacem anno cIↃIↃcLIII. Capitulationi Romanorum Regis inſerebatur promiſſio de reſtituendis iis, quae ex Pace Weſtphalica reſidua ſunt, eaque et in ſequentibus omnibus, ſicque etiam in nouiſſima Art. XIX. §. 1. et 2. legitur repetita, verbis: „*Was — Inhalt des Muinſter - und Osnabruickiſchen Friedens-Executions-Edicts,* arctioris modi exſequendi, *und Nuirnbergiſchen Executions Receſſes zu reſtituiren ruikſtaendig iſt, und annoch vorenthalten wird, dazu ſollen und wollen wir einen jeden der Billigkeit nach wider maenniglich ohne Unterſchied der Religion verhelfen, auch dasjenige, ſo wir ſelbſten, vermoege jetztgedachten Friedens Schluſſes, und darauf zu Nuirnberg und ſonſten aufgerichteter* Edictorum et arctioris modi exequendi *zu reſtituiren ſchuldig, einem jedweden ſo bald, und ohne einige Verweigerung vollkom-*

*ment-*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/41 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*mentlich reſtituiren* a).„ Verum ad hunc vſque diem iſta promiſſio adimpleta nondum eſt, potius reſtituendorum numerus ſatis magnus adhuc ſupereſſe deprehenditur.

*a)* Vid. perill. I. I. MOSER Anmerk. ueber die Wahl Capitulation Kayſer Carls VII. P. II. p. 524. ſeqq.

## §. XXI.

B.) *Modus exſequutionis reſtitutionis faciendae*, I.) *ex ipſa Pacis formula.*

Haec breuis et ſuccincta ſeries eorum, quae de reſtitutione ex Pace Weſtphalica, ac ipſius hoc intuitu exſequutione acta ſunt, iam de ratione, qua, reſtitutionem hanc et Pacis exſequutionem fieri debere, leges iubent, diſpiciendum a). Quod ſi primo *ipſam Pacis formulam* inſpiciamus, ſecundum eam fieri cauetur: 1) plenarie et pure b) 2) illico

a) Vid. Scriptum, quod auctoribus quibuſdam Legatis Comitialibus Euangelicis prodiit: *Modus procedendi in cauſſis reſtitutionum ex Inſtrumento Pacis Weſtphalicae. Ratisbonae 1720. Fol.* inſertum MOSERI *Staatsrecht. T. I. p. 479.* DE SCHAVROTH *l. c. T. II. p. 194.* et FABRI *Staatscanzlei T. XXXIX. p. 467. ſ.* Ex aduerſo in lucem emiſſus eſt: *Modus procedendi antiquus, legalis, vſualis et communis in cauſſis reſtituit. ex I. P. W. nouo, violento et ſingulari illi oppoſitus etc. 1750. fol.* cum annotationibus MOSERI in EIVS Hanauiſchen Berichten von Religions Sachen. *T. I. p. 654.* Utrumque ſcriptum exſtat in *Selectis Iur. Publ. nouiſſ. T. XXX. p. 408.* nec non iunctis annotationibus MOSERI in (perill. Struben) Samml. der Schriften von der Selbſthuilfe. p. 1.

*b)* I. P. O. A. V. §. 2. 32.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/42 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

lico *c*), 3) omnino abſque mora et indiſtincte *d*), 4) caſſatis et annihilatis omnibus contrariis ſententiis, pactis et transactionibus, nec vllis attentis exceptionibus *e*), 5) e veſtigio *f*) 6) ſine tergiuerſatione et noxa *g*), 7) a Directoribus Circulorum ad requiſitionem reſtituendorum *h*), aut 8) a Commiſſariis Caeſareis ad reſtituendorum requiſitionem ſine mora dandis *i*).

*c*) I. P. O. §. 15.

*d*) *ibid.* §. 25.

*e*) *ibid.* §. 2. 25. 33. *A. XVI.* §. 5.

*f*) *ibid. A. XVI.* §. 1.

*g*) *ibid.* §. 2. 5.

*h*) *ibid.* §. 2.

*i*) *ibid.* §. 3.

## §. XXII.

### *II.) Ex Edicto exſequutionis, arctiore exſequendi modo et Receſſibus exſequutionis.*

Eadem ratione et *Edictum exſequutionis* anni cIↃIↃcxLVIII, iubet, vt reſtitutio fieri debeat per Directores Circuli, aut ſpeciales Commiſſarios Caeſareos *ohne einige Exception, aller Einredung ungehindert, unverweigerlich, ohne Aufenthalt*, iuxta Inſtrumenti Pacis *ausgedruckten klaren Inhalt*, ac Directoribus Circuli, quibus ceu in ipſa Pace conſtitutis exſequutoribus conceditur „*Kaiſerliche Vollmacht und Gewalt, daſs ſie, oder diejenigen, welche von uns auf einer oder der andern*

 *Par-*

*Parthei Anrufen und Bequemung abgehoerter maſſen abſonderlich verordnet ſeyn" werden allen denen, welchen dis Orts etwas zu reſtituiren iſt, zu demjenigen, wozu ſie in Kraft dieſes Friedens Schluſſes befugt fuir ſich ſelbſt, oder durch ihre Subdelegirte, unweigerlich verhelfen, und ſich daran in keinerley Weiſs noch Weg hindern laſſen,* idque *auf der Parthey Anrufen, auf desjenigen Anhalten, ſo reſtituiret werden ſolle,* ita vt Directores Circulorum hunc ad finem *nicht allein der naechſten Beſatzungen, ſondern auch nach Belieben ihrer eigenen, oder des beſchwerten Theils Kraeften wider die Ungehorſame zu gebrauchen befugt ſeyn a).* Huic per omnia reſpondet *arctior exſequendi modus,* qui *Directoribus Circulorum* injungit, vt debeant „ohne einigen Anhang *oder Reſervation, ſo vorgemeldten* I. P. *zuwider lauft* — vollkommen *reſtituiren, und in Summa alles dasjenige, was verglichen,* vollſtaendig *exequiren, dergeſtalt, daſs* einige Exceptiones *gegen die Execution* nicht *beobachtet, im Fall aber ſuper facto poſſeſſionis einige* dubia *von ſonderbarer Erheblichkeit vorfielen, dieſelbe ſummariiſſime,* alsbald *in loco executionis eroertert, ſonſt aber einige andre dem* I. P. *zuwiderlaufende nicht zugelaſſen werden etc.„ b).* Similiter quoque *Receſſus exſequutionis praeliminaris* A. cIↄIↄcxlix. cauet, vt reſtitutio et exſequutio fiat „unpartheiiſch, unaufhaeltlich, *und ohne Anſehung der Perſonen und Religionen, oder* iurium petitorii — *oder* einiger andern Exceptionen, *wie ſie Nahmen haben moegen,* fuir-

*a)* SCHMAVSSII *Corp. Iur. publ. p. 251. ſeqq.*

*b)* SCHMAVSS *l. c. p. 253. ſ.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/44 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*fuirnehmlich* nach dem bloſſen facto poſſeſſionis, vſus, obſeruantiae et exercitii,„ nec non, quod ad reſtituendos in tribus menſibus in ſpecie „nach Inhalt des Inſtrumenti Pacis, der hierueber ins Reich publicirten Kaiſerlichen Edicten„, Deputationi Imperii iniungitur, „*was* liquidum, *den Crays ausſchreibenden Fuirſten* ſimpliciter ad exequendum, *was aber* propter defectum ſiue informationis, ſiue probationis, item abſentiae vnius vel vtriuſque partis *dis Orts nicht geſchehen kann, den Crays ausſchreibenden Fuirſten, mit Einſchlieſſung beikommender Klagen und Begehren, zu weiterer Erkundigung der Sachen, und zugleich mit, nach deren Befindung zur wuirklichen Execution, welche alsdann ihr Amt hierunter fleiſsig zu verrichten wiſſen werden, moege ueberſchickt werden„;* addit porro: „*es ſoll auch hierunter weder von Roem. Kaiſerlicher Majeſtaet, noch jemanden andern den Crais ausſchreibenden Fuirſten oder Executorn einige* Inhibition *oder Aufenthalt nicht geſchehen — wie auch alle ein und andern Orts dawider eingewandte, oder noch einwendende*, in ipſo I. P. *bereits verworfene, und* pro nullis *declarirte* proteſtationes *und* reſeruationes, viae iuris vel facti, *nicht weniger alle wider den Friedens Schluſs laufende* reſcripta, mandata, *oder* decreta, *wie die Nahmen haben moegen, hiedurch caſſirt und abgethan* c).„ Hiſque innititur alter *Receſſus exſequutionis* A. cIↄIↄcL., qui eodem modo exſequutionem *nach Ausweiſung des* I. P., *dem* arctiori modo exſequendi, *ob - einverleibter Praeliminar - Receſs und dieſem Haupt - Receſs gemaeſs*, immo ſummarie et *ſchleu-*



c) SCHMAVSS *l. c. p. 256. ſeqq.*

*ſchleunigſt* fieri, atque contra ea, quae in I. P. arctiore exſequendi modo et Receſſibus exſequutionis diſpoſita ac deciſa ſunt, nihil omnino in quocunque iudicio admitti et decerni, ſed cuncta potius reiici debere, iubet *d*):

*d*) SCHMAVSS *l. c. p. 263. 264. et 266.*

## §. XXIII.

*Isque adhuc hodie in hiſce cauſſis pro norma accipiendus.*

Hic autem exſequendi modus in reſtituendis ex Pace Weſtphalica, ceu Imperatoris et Imperii conſenſu conſtitutus, tanquam norma perpetua in iudicando ſtabilitus *a*), atque in proximis Comitiis Receſſui Imperii in vim ſanctionis pragmaticae perpetuae verbo tenus inſertus eſt *b*). Qua igitur propter et Deputatio Imperii, quae in his Comitiis ad punctum reſtituendorum ordinabatur, ipſo Receſſu Imperii denuo ad mo-

*a*) RECESS: EXSEQ. §. 67. „*Wie dann auch ſo wohl das I. P., als dieſer Executions-Schluß von K. M., Churfuirſten und Staenden unverlaengt*, reſpectiue *an den Kayſ. Reichshofrath, Cammergericht zu Speyer, und allen andern eines jeden Standes Hof- und andern Gerichten* pro norma perpetua iudicandi *behoeriger maſſen inſinuirt werden ſollen.*„

*b*) R. I. N. §. 5. „*So haben wir um deſſen allen mehrer Beſtaerk- und Befeſtigung willen beruihrten allgemeinen Reichs Friedens Schluß — ſamt dem* arctiori exſequendi modo *und Nuirnbergiſchen Executions-Receß gegenwaertigen Reichs Abſchied von Worten zu Worten nachfolgenden buchſtaeblichen Inhalts inſeriren und einruicken laſſen.*„

modum iſtum exſequendi antea firmatum remiſſa eſt *c*), et noua, de qua inſtituenda A. cIↃIↃCLXV. et cIↃIↃCLXVI. in hodiernis Comitiis denuo agebatur Deputatio, iterum ad iſtam exſequendi normam adſtringenda erat *d*). Neque minus in Capitulatione ad hunc vſque diem promittit Imperator, vna cum ipſo Inſtrumento Pacis Receſſum exſequutionis Norimbergenſem ſartum tectumque ſemper ſeruare, turbationes contra ipſum haut permittere *e*), ſed grauatis potius ac turbatis confeſtim ſuccurrere, et in iis cauſſis proceſ-



*c*) R. I. N. §. 191.

*d*) Vid. *Kaiſ. Commiſſ. Decret.* dictat. $\frac{3}{24}$. $\frac{\text{Pebruar}}{\text{Ianuar}}$ 1666. *in Neueſt. Samml. der R. Abſch. T. IV. p.* 41. ex quo nempe noui hi Deputati eadem ratione inſtrui debebant, vti in prioribus factum erat.

*e*) Art. II. §. 3. „*Wollen die guildene Bull, den Frieden in Religion- und profan Sachen — ſonderlich aber obgedachte Muinſter- und Osnabruickiſche Friedens-Schluiſſe — ſo dann* den Nuirnbergiſchen Executions-Receſs — *gleich waere es dieſer Capitulation von Worten zu Worten einverleibet, ſteet, veſt und unverbruichlich halten, und unter keinerlei Vorwand, er ſey, wer er wolle, ohne Churfuirſten, Fuirſten und Staenden auf einen Reichs-, oder ordinari Deputations Tag vorgehende Bewilligung daraus ſchreiten, ſondern daſſelbe gebuihrend handhaben, und dawider niemand beſchweren, noch durch andre beſchweren laſſen, auch nicht geſtatten, daß in Religions-Sachen jemand dem* Inſtrumento Pacis, *dem* Nuirnbergiſchen Executions-Receſs — *entgegen vergewaltiget, graviret, oder turbiret werde.*„

ſus et lites non concedere *f*), nilque omnino, quod ipſi aduerſum foret, ordinare *g*). Ex quibus omnibus et hodie citra vllum dubium in reſtituendis, quae ſuperſunt ex Pace Weſtphalica, vnice exſequendi modum ſtatim poſt Pacem praeſcriptum pro regula accipiendum eſſe, adparet.

*f*) Art. I. §. 11. „*Wo auch ſelbige* (Euangelici) *ſich gegen das* Inſtrum. Pacis, Nuirnbergiſchen Executions-Receſs, arctiorem modum exſequendi *und andre Reichs-Conſtitutionen beſchwert zu ſeyn erachteten ſ. u. w. W. uns auf ihre der A. C. verwandten Churfuirſten, Fuirſten und Staende, (die Reichs Ritterſchaft mit einbegriffen,) ſamt oder ſonders an uns zuthuende Vorſtellungen, ohne allen Anſtand, obgedachten Reichs-Grund-Geſetzen gemaeß, entſchlieſſen, ſo fort ſothane unſere Entſchlieſſung derſelben zu wiſſen thun, ſolche auch* ungeſaeumt zum wirklichen Vollzug bringen, keinesweges aber in cauſſis Religionis Proceſſe verſtatten, ſondern darunter lediglich oberwaehnten Reichs-Grund-Geſetzen nachgehen.„

g) Art. XVI. §. 9. „*Auch wider dieſe unſere Zuſage, die guildene Bulle — wie auch mehrermeldten Muinſter- und Osnabruickiſchen Friedens-Schluß, und der zu Nuirnberg 1650. aufgerichteten Executions Receß — kein Reſcript, Mandat, oder Commiſſion, oder etwas anders beſchwerliches, ſo wenig* prouiſorie, *als ſonſten, ausgeben laſſen, oder zu geſchehen geſtatten, in einige Weiß, oder Wege.*„

## §. XXIV.

*Vigore eius reſtituenda ex Pace Weſtphalica ad Tribunalia Imperii plane haut pertinent, hinc Reuiſioni locus nullus.*

Ex hiſce dictis iam conſequitur, iſta reſtituenda ex Pace Weſtphalica ad Circulorum Directores vi perpetuae ab ipſo

ipſo Imperatore factae delegationis pleniſſimae, aut alios ſpecialiter conſtituendos Commiſſarios ſpectare, qui tum liquida ſimpliciter exſequantur, tum de dubiis ac illiquidis ſummariiſſime cognoſcant, et hoc facto et ea exſequutioni mandent *a*). Quo igitur exſequutionis modo in vim legis perpetuae conſtituto, iſtas cauſſas ad iudicia Imperii plane non pertinere, ac neutiquam deferendas eſſe liquidiſſimum eſt. Etenim ſicut ex ipſo ſpecialiter praeſcripto modo alium adhibendum non eſſe, ac ideo Tribunalium Imperii poteſtatem excludi, adparet; ita quoque, quanto minus de lite ac controuerſia iudiciaria, vnice potius de eo, quod Pace definitur, ad effectum perducendo agitur, tanto naturalius iudicis et iudiciorum poteſtati locus relinquitur nullus. Atque id ipſum eſt, quod cauent et Receſſus exſequutionis *b*) et Caeſarea Capitulatio *c*), in cauſſis Religionis proceſſus permittendos haut eſſe ſancientes. Qua itaque propter omni hic poteſtate iudiciaria, omni ſupremorum Imperii Tribunalium iurisdictione exſule, nec remedia iuris ad impugnandas ſententias iudiciales comparata, nec adeo remedium Reuiſionis in hiſce cauſſis locum habere poſſe palam eſt *d*).

XXV.

*a*) ARCTIOR MODVS EXSEQVENDI A. CIↃIↃCXLIX. RECESS. EXSEQV. §. 5.

*b*) §. 6. et 24.

*c*) Art. I. §. 11.

*d*) Qua ratione aduerſus ea, quae Deputatio Imperii A. CIↃIↃCLI. conſtituerat, ne remedium quidem nullitatis admiſſum ſit, vidimus in

## §. XXV.

*Id quod ex indole modi exſequendi adparet.*

Porro ex praeſcripto et ante expoſito exſequendi modo adparet, nullas omnino aduerſus exſequutionem admitti debere proteſtationes, reſeruationes, vias iuris vel facti, nullas attendi exceptiones, reſtitutionem potius fieri abſque omni mora et tergiuerſatione, e veſtigio, illico et *unaufhaeltlich etc.* Quae omnia vti indoli exſequutionis Pacis, de qua ſola agitur, adprime conueniunt, ita contra non poſſunt, quin remedia iuris quaecunque, atque ſic etiam remedium Reuiſionis diſerte ſatis et prorſus excludant. Multo igitur adhuc minus effectum aliquem ſuſpenſiuum admittere vlla ratione poſſunt, quem hic ſtatuere, perinde eſſe, ac ſi ſanctiones et diſpoſitiones e medio tollas, certo certius eſt. Atque ſic igitur recte inferimus, ad haſce cauſſas, quae reſtituenda ex Pace Weſtphalica ſpectant, nulla ratione trahendum eſſe, quae de retinendo in cauſſis Eccleſiaſticis et Religionis effectu Reuiſionis ſuſpenſiuo in §. CXXIV. conſtituit Receſſus Imperii nouiſſimus.

in cauſſa Dom-Probſtey zu Bamberg contra Brandenburg Onolzbach A. cIↄIↄccxv. et in cauſſa Horneckiſcher Erbs-Intereſſenten contra Chur-Pfalz. Conf. perill. MOSERI *Staats-Recht. T. I. p. 497.* et EIVSD. tract. *von Teutſchland ueberhaupt. p. 445.*

§. XXVI.

## §. XXVI.

*Confirmatur I.) ex ipſo R. I. N.*

Accedit hiſce I.) quod in ipſo hoc Receſſu nouiſſimo poſtea §. cxci. negotium reſtituendorum ex Pace Weſtphalica ſingulari Deputationi Imperii ordinariae commendatum ſit, quae ſecundum ea, quae in Pace Weſtphalica, arctiori exſequendi modo et Receſſu exſequutionis conuenta ſunt, ad exſequutionem deducat, quae adhuc reſidua deprehendebantur. Huic Deputationi hic *plena poteſtas in cognoſcendo, decidendo et exſequutionem decernendo* data legitur, adeo vt, quae ab ipſa decreta fuerint, *ſine vlla mora* et *vlteriore cognitione* exſequutioni tradi debeant, iſque ipſi praeſcriptus modus, vt in caſibus liquidis cognitioni haut immoretur, in illiquidis autem partes *coram Deputatione* cauſſam exponant, dubios tandem, fruſtra tentata amicabili compoſitione, ad proxima Comitia remittat. Quo igitur facto de his cauſſis in Iudiciis Imperii tractandis cogitatum non eſt, et ſic naturali ratione et ad illas referri nequit, quae paullo ante de Reuiſione in cauſſis Eccleſiaſticis et Religionis in Camera Imperii interponenda cauebantur.

## §. XXVII.

*II.) Ex ſententia Euangelicorum in Comitiis A. cIↃIↃcLIII.*

Maxime autem II.) attendi meretur in ipſis illis Comitiis continuo vrſiſſe Euangelicos, ne iuris dicendi poteſtas in reſtituendis ex Pace Weſtphalica relinqui debeat Iudiciis Imperii. Sic ſtatim in monitis ſuis intuitu modi tractandi decla-

declarabant: „*So iſt immittelſt bey Ihro Kaiſerl. Maieſtaet allerunterthaenigſt anzuſuchen, in dem Reichshofrath mit Decreten in Sachen, ſo aus dem Friedens-Schluſs herruihren ſollen, noch zur Zeit aber nicht beygelegt, ſondern in Zweifel wollen gezogen werden, zurucke zu halten, diejenigen ſo bisher geſchehen, zu caſſiren, und alles in den vorigen Stand zu ſetzen.*„ De quo licet plane cum Catholicis conuenire haut poſſent, tamen clauſula adnectebatur ſuffragio Imperii: „*Mit der fernern geſamten A. C. Verwandten Erinnerung, daſs immittelſt alle* in hoc puncto reſtituendorum *bei dem Kaiſerl. Reichshofrath, oder Kaiſerl Cammergericht erhaltene, oder noch fuhrende Proceſſe*, Decreta, ſententiae, mandata, commiſſiones *und* exſequutiones in ſuſpenſo *verbleiben, und diejenigen, ſo bey waehrenden dieſen Reichstage geſchehen, caſſirt und aufgehoben, und die* caſus in ſtatu quo *verbleiben — Catholiſchen Theils aber hat man ſich zu ſothaner Suſpenſion und anderer* annectirten *Erinnerungen nicht verſtehen koennen.*„ Aegerrime quidem hoc tulit Imperator et improbauit, indeque factum, vt nihil horum Receſſui Imperii fuerit inſertum. Sed recte in eo, quod communiter placuerat, conſtantes perſtiterunt noſtri, atque, publicato iam Receſſu, in litteris ad Imperatorem d. 8. Maii A. cIↄIↄcLIV. datis exponebant: „*K. M. werde von ſelbſten ſolche Vorſehung bei dem Reichshofrath thun, auf daſs mit Fortſtellung weiterer Verfahr- oder Erkennung der Proceſſen in denjenigen* ex Inſtrum. Pacis reſul*tirenden Sachen immittelſt moege an- und innen gehalten werden.*„ Imperator quidem moleſte id ferens, communem eam eſſe Euangelicorum opinionem dubitare geſtiebat, ſed reſponderunt


derunt

derunt noſtri d. XVI. Maii „*daſs das erſte Memorial nicht von etlichen, ſondern von geſammten, der A. C. verwandten Fuirſten und Staenden hergefloſſen, womit ſich auch die meiſte ſolcher Religion zugethane Churfuirſtliche conformiret, und allerſeits dafuir gehalten haben, daſs bey der von Kayſ. Maj. mitbeliebten Deputation es nicht anders ſeyn koenne, denn daſs dergleichen Proceſſe ſo wohl an den hohen, als nidern Gerichten ceſſiren und anſtehen moegten, weilen ſonſten dieſe Deputation gar nicht vonnoethen waere a)*.„ Enimuero quum ſupra viderimus vnice Euangelicorum votis deberi iſtam de retinendo in cauſſis Eccleſiaſticis et Religionis effectu ſuſpenſiuo Reuiſionis ſanctionem, certiſſimum ſane eſt, hanc ad illas cauſſas pertingere non poſſe, quas plane ad Iudicia Imperii deferendas non eſſe, ipſi tam acriter contenderunt.

a) DE MEIERN *Acta comitial. T. I. L. VII. p. 342. etc.*

## §. XXVIII.

### *III.) Ex latis votis.*

Denique III.) haut rectius hanc de effectu Reuiſionis ſuſpenſiuo diſpoſitionem, quam ex ipſa Euangelicorum vera mente definiri poſſe, concedendum erit, quum, ad eorum deſiderium, et flagitationem Receſſui Imperii inſertam eſſe, conſtet. Iam autem in votis eorum diſerte expoſitum videmus, nullatenus hoc de cauſſis per Pacem Weſtphalicam deciſis intelligi debere. Sic in voto Cellenſi additur: „*Iedoch wollte man dieſes von den* cauſſis per Inſtrumentum Pacis expreſſe definitis *keinesweges verſtanden haben.*„ Pariter votum

Calenbergicum: „*Man verſtehet dieſes aber nicht von denen Differenzien*, *ſo* in Inſtrumento Pacis *decidirt ſeyn*, *dann derentwegen bleibts billig bey der Diſpoſition*, *ſondern* de cauſſis publicis poſthaec emergentibus *a*).„ Atque hac certe ratione clarius nihil eſſe poteſt, iſtam ſanctionem ad reſtituenda ex Pace Weſtphalica plane protrahi non poſſe.

*a*) DE MEIERN *Act. comit. T. II. L. XIII. p. 534. etc.*

## §. XXIX.

*Dubia reiiciuntur. Obiectio prima.*

Iam quidem praeſcriptum hunc in reſtituendis ex Pace Weſtphalica exſequutionis modum variis argumentis Catholici, quorum ab initio concluſae pacis interfuiſſe videtur, quouis modo eius exſequutioni obſtacula ac impedimenta mouere, impugnare tentarunt *a*). Queis quidem omnibus recenſendis omnino superſedeo, quum egregie a noſtratibus iam propulſa ac profligata ſunt *b*), nonnulla tamen breuiter tantum

*a*) Conf. in primis perill. SVINDERMAHLER differt. II. *de poteſtate ius ſuum vi et armis proſequendi in Imperio haut permiſſa. Wirceb. 1752. et 1761.* Prima inſerta eſt *collectioni* STRVBENIANAE *von der Selbſtbuilfe p. 31.*; vtraque exſtat in Auctoris *opuſculis. p. 280. ſ.*

*b*) Vid. praeſertim duplex perill. STRVBEN commentatio, *von der im Weſtphaeliſchen Frieden erlaubten Selbſthuilfe*, in IPSIVS *Nebenſtunden. T. IV. p. 155. et T. VI. p. 161.* nec non ſupra citatus *modus procedendi etc.* cum *annotationibus* in *collect.* STRVBENIANA nominata. *p. 1.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/54 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tum adtingere eo magis ex re eſſe putaui, quum proxime ad propoſitum noſtrum ſpectare dignoſcantur. Enimuero *primo loco* praeſertim aduerſus illum per Directores Circulorum, aut ſpeciales Commiſſarios exſequendi modum quoque directum videtur, quod vrgere deprehenduntur Catholici, in ipſo Receſſu exſequutionis cognitionem non exſequutoribus, ſed Deputatis eſſe commendatam, caſus liquidos ab illiquidis fuiſſe ſeparatos, nec pro liquidis habitos, quam qui ab vtraque parte pro talibus agnoſcerentur c). Sed quum I.) in Edicto reſtitutionis ſemel hae cauſſae ad Circulorum Directores, aut Commiſſarios ſpeciales delatae ſint, atque in arctiori modo exſequendi expreſſe caueatur, vt ipſi *de dubiis alicuius momenti confeſtim in loco exſequutionis ſummariiſſime cognoſcant*, ita II.) conſtitutio iudicii Deputatorum in Receſſu exſequutionis ac Imperii nouiſſimo nullo modo ideo facta eſt, vt iſti poteſtati Directorum Circulorum detrahatur, ſed tantum, vti Receſſu exſequutionis continetur, „*damit ſolches alles deſto gewiſſer vollzogen, und um ſo viel mehr beſchleuniget werde* d),„ adeoque III.) ad Deputatos abſolute adſtrictas haut eſſe has cauſſas, fundatam autem ſemper manere Directorum Circulorum poteſtatem, in Comitiis A. cIↄIↄcLIII. ipſi Catholici Status faſſi ſunt: „*Der* Deputatorum Iudicium *iſt nicht auf ewig, ſondern* nur auf gewiſſe Zeit *angeordnet geweſen, deren Iurisdiction* iſt nun laengſt exſpirirt, *daſs alſo nothwendig ein* Iudex *ſeyn muſs: der Kaiſerl. Majeſtaet und* der



c) Conf. SVINDERMAHLER *diſſ. cit. I. §. 29. ſ.*

d) RECESS. EXSEQVVT. §. 5.

der verordneten Reichs Commiſſarien und Crays ausſchreibenden Fuirſten aber *in ipſo Receſſu Norico* ſolidiret und gegruindet *e*). Verum ſicuti IV.) et Euangelici cauſſas iſtas Deputationi Imperii relinquere nunquam detrectarunt, potius, ad ipſam eas pertinere conſtanter adſerentes, adhuc in litteris d. d. 22. Maii a. cIcIↃcLXVII. Imperatorem expreſſe rogarunt: „*Die von einigen Catholiſchen zu Luibeck geſuchte Reſtitution des privat Gottesdienſtes von dem Reichshofrath, wohin dergleichen Sachen nicht gehoeren, ab- und* an die hierin ſtehende Reichs-Deputation zu verweiſen *f*),„ nec non ſimiliter in litteris d. d. 9. Februar. a. cIↃIↃCCII. ab ipſo efflagitarunt, „*daſs der* punctus reſtituendorum *forderſamſt reaſſumirt, und die noch zuruick gebliebene Sachen coram Collegio Deputatorum moegten eroertert werden* — angeſehen *Status Euangelici* niemals, was beſagten *punctum reſtituendorum* anbelangt, andrer Meinung geweſen, als ſolchen zu einer deswegen anzuordnenden Reichs Deputation zu verweiſen *g*):„ Ita contra V.) de hiſce cauſſis ad Tribunalia Imperii nunquam deferendis tantum iure optimo contenderunt, atque ceſſante, ob defectum Deputationis, via illa mediata, per quam hae cauſſae ad Circulorum Directores remittendae ſunt, immediate ad hos, aut ſpeciales Commiſſarios, ceu vnice legibus conſtitutos exſequutores illas pertinere omnino, adſtipulante Pacem Weſtphalicam exſequen-

*e*) DE MEIERN *Acta comit. T. I. p.* 387.

*f*) DE SCHAVROTH *Concluſa Corp. Euangel. T. II. p.* 148

*g*) DE SCHAVROTH *l. c. T. I. p.* 642.

ſequendi conuento modo, poſtulant, adeoque tum Concluſo a. cIↄIↄccxxI. conſtituit Corpus Euangelicorum: „die aeltere Beſchwerden ſollen ohne einigen von den Reichsgerichten zu formirenden Proceſs exſequutiue *hergeſtellt werden, entweder* durch die Crays ausſchreibenden Fuirſten *deſſelben oder naechſt angelegnen Crayſſe, oder aber, wenn die grauirte darum anſuchen,* durch abſonderlich verordnete Kaiſerl. Commiſſarios, *welche das* factum in loco *unterſuchen, daruiber erkennen, und die Execution* ohne einigen Abſprung, oder Prouocation an gedachte Reichsgerichte *vollſtrecken h*),„ tum in litteris ad Imperatorem d. d. 9. Iul. a. cIↄIↄccxxvI. preces expoſuit: „*Es gelanget an E. K. M. unſer Bitten nunmehr forderſamſt* Commiſſiones ad loca *zu ertheilen.* Solches iſt der einzige *modus*, die ſich aeuſſernde Religions-Beſchwerden abzuthun, welchen die Reichsgeſetze ſtatuiren *i*).

*h*) DE SCHAVROTH *l. c. T. II. p. 842.*

*i*) DE SCHAVROTH *l. c. T. III. p. 137.*

## §. XXX.

### *Continuatio.*

Dein autem VI.) ſi caſus liquidi ab illiquidis ſeparandi erant, neutiquam ideo hoc diſpoſitum eſt, quaſi in his tantum exſequutiue procedendum ſit; ſed tantum ex Receſſu exſequutionis caſus liquidi intra tres terminos ad effectum perduci, ac Principibus Circulorum Directoribus *ſimpliciter ad exſequendum* committi, nondum liquidi autem intra tres menſes perfici, adque ad Directores zu weiterer Erkundigung

digung der Sachen, und zugleich mit nach deren Befindung zu wuirklichen Execution remitti debent *a*); Ex Receſſu Imperii nouiſſimo vero circa liquidos Deputati cognitioni haut immorari, de illiquidis autem cognoſcere, ac, probatis reſtitutionis requiſitis, ipſos ibidem exſequutioni tradere iubentur *b*). Eo minus autem pro liquidis habenda non fuiſſe, niſi quae vtrinque agnoſcerentur, ſtatui poteſt, quo magis VII.) iam iuri communi reclamat, per infitiationem alterutrius partis ſtatim aliquid illiquidum reddi. Potius VIII.) in Comitiis a. cIↄIↄCLIII. non tantum Status Euangelici in monitis ſuis ad Concluſum Electorale d. d. $\frac{28}{7}$. $\frac{\text{Iul.}}{\text{Aug.}}$ declararunt, „ad art. 10. (ſcilicet in puncto ſeparationis liquidorum ab illiquidis) pro liquidis *zu halten*, *wo das* factum poſſeſſionis a. cIↄIↄCXXIV. *den 1. Ianuar beizubringen*„, ſed etiam Catholici in ſua *Gegen-Erklaerung* in eo conueniebant, „ad 10. *wo das* factum poſſeſſionis *mit ſeinen im Friedens-Schluſs erforderlichen nothwendigen Requiſiten und Qualitaeten klar und erweislich*, pro liquidis *zu halten* *c*).„ Iam quidem IX.) *Concluſo, die poteſtatem Deputatorum in puncto grauaminum* betreffend, anni ſequentis inſertum erat: „*die* materiam *betreffend, da ſey* in liquidis caſibus, das iſt, welche von beiden Theilen fuir ſolche gehalten werden, *keiner ſonderbahren Cognition vonnoethen etc.*,„ verum in Concluſo Euangelicorum iſta addita determinatio omiſſa, et eius loco poſitum erat;

*a*) RECESS. EXSEQVVT. §. 3. 4. 5.

*b*) R. I. N. §. 191.

*c*) DE MEIERN *Acta comitial.* T. I. p. 363. ſ.

erat: „in liquidis caſibus *ſollen ſich die* Deputati in cognitione *nicht aufhalten*, *ſondern dahin ſehen*, *damit dieſelbe ohngeſaeumt exequirt werden d)*„ eademque ratione haec diſpoſitio Receſſui Imperii §. 191. legitur inſerta, adeoque, quidquid propoſuerant Catholici, eo ipſo, per legem tacite improbatum, atque reiectum adparet.

*d)* DE MEIERN *l. c. T. I. p. 947. ſ.*

## §. XXXI.

### *Obiectio altera.*

Porro perill. SVINDERMAHLER *a)* vrſiſſe etiam deprehendo, plane nullam cognitionem ad Circulorum Directores, ceu meros exſequutores, ſpectare poſſe, neque ex legum Imperii ſanctionibus alium praeter Imperatorem exſequutionem decernere valere, neque ipſis aliam exſequendi poteſtatem, ac ex Imperatoris, aut Senatus Deputatorum iuſſu eſſe conceſſam. Enimuero hoc I.) aperte *arctiori modo exſequendi* contrariatur, quibus, quod ſaepe adduximus, Directoribus Circulorum committitur, dubia ſuper facto poſſeſſionis ſummariiſſime *zu eroertern*, atque ſimiliter II.) ex *Receſſu exſequutionis* illiquida a Deputatione ad ipſos *zu weiterer Erkundigung der Sachen b)* remitti debebant. Deinde III.) vnice, vt eo facilius et citius tractetur negotium, Deputatio ad ſeparandos caſus liquidos ab illiquidis, relicta Directoribus



*a)* In *cit. diſſ. §. 10. et 15.*

*b)* RECESS. EXSEQVVT. *§. 5.*

bus actuali exſequutione, conſtituta eſt; Ceterum autem IV.) ceſſante hodie Deputatione vtique non valere nequit, quod in praeteritis Comitiis agnouere Catholici, nempe Directorum Circulorum optime fundatam manere poteſtatem. Ac denique V.), licet ſummam poteſtatem exſequendi in Imperatore reſidere nulli dubitemus, tamen ſpeciali ipſius iuſſione opus amplius eſſe haut poteſt, quum dudum generali mandato, auctoritate Caeſarea exſequendi, ab ipſo Imperatore per *edictum exſequutionis* et *arctiorem exſequendi modum* muniti ſint.

## §. XXXII.

### *Tertia proponitur.*

Denique de eo adhuc argumento dicendum, quo perill. SVINDERMAHLER *a*) illum exſequendi modum vnice propter euacuationem et exauctorationem Suecicam conſtitutum, nec alios, niſi qui aut apud Directorium Moguntinum, aut Senatum Deputatorum nomina profeſſi, et deſignationi reſtituendorum inſerti ſunt ad reſtituenda ex Pace Weſtphalica, pertinere ſibi perſuadet, et aliis perſuadere cupit, quod quidem argumentum lubentiſſime Catholicos amplexos eſſe animaduerto. Cui quidem obiectioni licet abunde ſatisfecerit perill. STRVBEN *b*), haut tamen plane ipſam hic praetereundam eſſe exiſtimaui. Prouocant autem Catholici pro fun-

*a*) In *diſſ. cit.* §. 21.

*b*) In Nebenſtunden *T. IV. p.* 339. *ſ.*

fundando hoc argumento in primis ad rationes ſequentes c): I.) Ad *primum Receſſum exſequutionis praeliminarem*, §. 3. vbi die in beiliegender Deſignation *litt. A.* ſpecificirte exſequutioni tradendi dicuntur; hinc omnes alios eo ipſo excluſos eſſe inferunt; II.) Ad *alterum Receſſum exſequutionis principalem* §. 26., vbi iubetur, ut grauamina „*welche allbereits hier vorkommen ſeynd*, oder noch *ante primum exauctorationis et euacuationis Terminum* bei dem Chur-Maynziſchen Reichs-Directorio — *eingebracht werden moegten, von den* Deputatis *ſollen hauptſaechlich vorgenommen werden*„; III.) ad §. 30. *ibidem*, qui cauet: „*was dann die uibrigen Sachen, ſo in den vorbehaltenen dreien Monaten durch die Deputirte erledigt werden ſollen, anbelangt, ſo gehoeren dahin alle andre in obgedachten von ihnen verfaſsten und unterſchriebenen Aufſatz und Deſignation nicht ſpecificirte caſus — welche von Catholiſchen, oder A. C. Verwandten* bei dem Chur-Maynziſchen Reichs-Directorio allbereits einkommen; oder noch bey demſelben *ante primum exauctorationis et euacuationis terminum* einkommen werden„; IV.) Ad declarationem Caeſaream puncto reſtitutionis ex capite amneſtiae et grauaminum in congreſſu exſequutionis a. cIↃIↃCXLIX factam *d)*: „*Daſs* — ad amputandas vlteriores lites, *die einkommende* caſus *ad primum exauctorationis terminum* zu reſtringiren, *und*



c) Rationes has non propoſuit perill. SVINDERMAHLER, ſed evolue FABRI Staatscanzlei *T. LXXXVII. p. 237. ſ.* et *Selecta Iuris publici nouiſſimi T. XXXVIII. p. 364. ſ.*

d) DE MEIERN *Act. exſequut. T. II. p. 760.*

*und zwar dahin*, daſs ſie nicht allein in ſolcher Zeit bei dem Reichs-Directorio, ſondern bei dem geſammten *Collegio Deputatorum* SVB POENA EXCLVSIONIS zu extradiren „;
V.) Tandem ad Concluſum commune trium Collegiorum in puncto amneſtiae et grauaminum d. $\frac{11}{23}$. Iunii a. cIↄIↄcXLIX. *e)*, quo continetur: „*Daſs — die einkommende* caſus, *ob ſie Kraft des Friedens*, ad punctum amneſtiae et grauaminum *gehoeren, oder dergeſtalt vermoege* articuli exſequutionis et arctioris modi *zu vollziehen und zu exſequiren ſeyn, ſo durchgehends zu uiberlegen, und ſo weit, daſs niemand einiges Unrecht geſchehen, zu erkennen ſey.*„

e) DE MEIERN *l. c. T. I. p. 93.*

## §. XXXIII.

*Refellitur.*

Quas autem rationes, vbi penitius paullo intuemur, ſtatim primo loco adparebit, vltimo adductam plane rem non tangere, nec quidquam eius, quod probari debet, complecti, ſiquidem vnice, num caſus aliquis ad Pacem Weſtphalicam pertineat, nec ne, inquirendum eſſe iubetur, nulla autem ratione certi termini, intra quem vrgenda reſtitutio, mentionem fieri videmus. Nec magis aliquid efficere valet num. IV. adducta declaratio Caeſarea, quippe quae, licet de mente Imperatoris forte teſtetur, aſſenſu Statuum nunquam comprobata eſt, et ſic normae inſtar tanto minus allegari poteſt, quo magis plane aliam fuiſſe harum ſententiam ex poſt dicendis eluceſcet. Verum quod ad ea attinet, quae ex vtroque

Receſſu

Receſſu exſequutionis vrgentur, I.) *Receſſus primus* §. 3. non niſi de reſtituendis in tribus euacuationis terminis, de quibus ibi adducta deſignatio litt. A. confecta eſt, loquitur, minime autem de reliquis in tribus terminis reſtituendis intelligi poteſt, quippe quorum intuitu ipſi exſequutionis Receſſui adhuc altera deſignatio litt. B. adiecta eſt; II.) Contra, quae in *altero Receſſu* §. 26. *et* 30. cauentur, vnice Senatum Deputatorum, et per hunc efficiendam exſequutionem atque reſtitutionem concernere, nequaquam autem de praeſcindenda in genere poſthac omni ex Pace Weſtphalica facienda reſtitutione vllo modo accipi poſſe, ex rationibus fortiſſimis ſtatuendum eſt. Etenim A.) alias, ita reſtricta reſtitutione, aperte derogaretur Inſtrumento Pacis *a*), contra quod nulla Iura Canonica, aut Ciuilia, nullae tranſactiones et exceptiones vnquam audiantur vel admittantur *b*), et termino decretorio in Pace conſtituto, ad quem omnis reſtitutio fieri debet *c*). Quod igitur vti per ſe fieri non poteſt, ita B.) e contrario *Receſſus exſequutionis* §. 3. expreſſe diſponit, reſtitutionem faciendam eſſe „aus dem *Inſtrumento Pacis* und nach deſſelben geſetzter *norma vniuerſali terminorum a quo*.„ Accedit C.) quod potius ipſe hic *Receſſus* §. 28. caueat: „*So viel dann andere in den dreien Terminen nicht ſpecificirte, oder noch* ante primum exauctorationis terminum *bei dem Reichs-Directorio, von Catholiſchen und A. C. Verwandten einkomme-*



*a*) Vid. in primis I. P. O. *A. XVI.* §. 4. ſeqq.

*b*) I. P. O. *A. XVII.* §. 3.

*c*) I. P. O. *A. V.* §. 2.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/63 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*ne Reſtitutions - Faelle betrift, die ſollen pro excluſis* keineswe-ges gehalten, noch jemands die Reſtitution abgeſchnitten, ſondern maenniglichen expreſſe reſervirt und vorbehalten ſeyn, ſeine Nothdurft hernach bei ſeines, oder, wie im *Inſtrumento Pacis* verſehen, naechſt angelegenen Crayſes ausſchreibenden Fuirſten, oder gar bei Kayſ. Maieſt. anzubringen, allwo er damit gehoeret, und ihme nach den oben vorgeſchriebenen *modo exſequutionis ſummarie* zu ſchleunigſter Reſtitution verholfen werden ſolle.„ Qua ſanctione, vti generatim reſtituendi cuiuſcunque iura ſalva iubentur, ita quoque nullus omnino terminus, nedum ſub excluſionis periculo, praefigitur, ſed in genere cuilibet *hernach*, omni determinati temporis ſpatio exſule, cauſſam cum pleniſſimo reſtitutionis conuento modo faciendae effectu proponere, clare adeo indulgetur, vt ſane, quid in contrariam partem vrgeri poſſit, ego quidem non videam. Huic etiam D.) omnino adſentit R. I. N. §. *191.*, vbi cautum legimus, „*ſoll — das Chur - Maynziſche Reichs - Directorium die allbereits bei demſelben zu Nuirnberg, oder hie eingegebene, oder* noch hinfuihro einkommende *Caſus ſpecificiren, und dieſelbe der ordinari Reichs - Deputation communiciren*„, quo ipſo, nec tum, qui apud anteriorem Deputationem nomina profeſſi haut erant, excluſos habitos, nec pro futuro vnquam praecluſionis periculum ſtatutum eſſe, ſatis ſuperque patet. Quin immo! E.) ipſi Catholici in ſpecie in Comitiis a. CIↃIↃCLIII. declararunt: „*Daſs die zu Nuirnberg* nicht ſpecificirte, *oder bei dem Reichs - Directorio von beiderſeits Religions - Verwandten Staenden* nicht einkommende *Reſtitutions - Faelle* ſo wenig

*pro*

*pro excluſis* gehalten, als einem jedweden benommen werden ſolle, *ſeine Nothdurft nach Inhalt des* Inſtrumenti Pacis *bei oft ermeldten Reichs-Directorio*, den Crays ausſchreibenden Fuirſten, oder der Kaiſ. Maieſt. ſelbſt vorzubringen, und nach den verſehenen *modo exſequutionis* ſich *ſummarie* zur ſchleunigſten Reſtitution verhelfen zu laſſen *d*), atque ſic, quibus fundamentis, et rationibus nouior contraria eorum opinio ſuperſtructa ſit, vix comprehendi poſſet, niſi ex religionis fauore tantum non omnia ipſorum ratiocinia duci, experientia ſaepius docuiſſet.

*d*) DE MEIERN *Acta comitial. P. I. p. 365.*

---

## CAPVT TERTIVM.

# De cauſſis grauaminum aduerſus Pacem Weſtphalicam illatorum.

## §. XXXIV.

*Terminus decretorius futurae obſeruantiae, ſicque in cauſſis grauaminum religionis norma.*

Enimuero vti adhuc de *reſtituendis* ex norma Pacis Weſtphalicae diſſeruimus, ita quoque obſeruantiae futurae inter vtriuſque religionis conſortes regulam annum decretorium praeſtare diximus. (§. 15.) Id quod nihil aliud inuoluere palam eſt, niſi, iura religionis intuitu alterutri parti competentia ex ſtatu anni cIↄIↄcxxiv. adeo pendere debere, vt

quae

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/65 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

quae pars aliqua in dicto anno habuit et exercuit, ipſi perfecte et perpetuo competere dicenda ſint. Quoniam autem violationem iuris religionis intuitu ex legibus Imperii competentis ſatis frequentato *grauaminis religionis* elogio compellare conſueuimus, ſimul atque hoc ius, quod violatum aſſeritur vi poſſeſſionis in anno decretorio habitae competit, ipſum grauamen religionis non poſſe, quin turbationem ſtatus huius anni complectatur, adparet. Atqui, quum generatim alterius religionis erga alteram iura ex ſtatu anni decretorii, quippe cuius obſeruantia inſtar *regulae*, annullatis iuribus contrariis quibuſcunque obtineat *a*), diiudicari velit, Inſtrumentum Pacis tantum non omnium grauaminum religionis cauſſam hic agi deprehendimus.

*a*) I. P. O. *A. V.* §. 33. *A. XVII.* §. 3.

## §. XXXV.

*In cauſſis grauaminum iurisdictio Tribunal. Imp. non neganda.*

In his autem cauſſis grauaminum religionis eodem modo, ac in reſtituendis ex Pace Weſtphalica reſiduis de iuris dicundi poteſtate ſupremorum Imperii Tribunalium dubitandum non eſt. Potius omnino ipſas in Iudiciis Imperii tractandas eſſe, et ipſa Pace Weſtphalica agnitum *a*), et Euangelici

*a*) I. P. O. *A.V.* §. 53. ibi „Caeſareaque maieſtas mandabit, vt non ſolum in iſto *Iudicio Camerali cauſſae eccleſiaſticae* vt et politicae *inter Catholicos et Auguſtanae confeſſionis Status* — adlectis ex vtraque religione pari numero Aſſeſſoribus *diſcutiantur et iudicentur*, ſed idem

gelici ſaepius faſſi deprehenduntur *b*), et ipſa natura rei iubet, ſiquidem tuendarum legum, atque ſecundum eas ius ſuum cuique tribuendi, et ſartum tectumque efficiendi non niſi ad iudiciariam queat ſpectare poteſtatem *c*). Adeoque certe, quamuis firmiſſimo ſtet pede Corporis Euangelicorum in cauſſis grauaminum religionis ius valide intercedendi *d*), nihilo tamen minus in cauſſis grauaminum religionis iurisdi-

ctio

idem etiam *in Iudicio Aulico* obſeruetur.„ Cauſſae autem hae eccleſiaſticae aliae eſſe nequeunt, niſi quae iura vtrique religioni erga ſe inuicem ex diſpoſitione pacis competentia concernunt. I. P. O. *A. XVII. §. 5.* ibi „cauſa ipſa vel amicabili compoſitioni, *vel iuris diſceptationi* ſubmiſſa.„ Quam quidem *iuris diſceptationem* non tam de exſequutoribus pacis, vti ſenſerunt auctores ſupra citati *modi procedendi n. 17.*, quam potius de Iudiciis Imperii accipiendam eſſe, exinde putauerim, quod in hoc art. XVII. plane non de exſequutione pacis, ſed de futura eius conſeruatione agi videamus.

*b*) Vid. DE SCHAVROTH *l. c. T. III. p. 156. et 829.*

c) Ex iſta quoque ratione pax dicitur Tribunalium omnium Iudicibus et Aſſeſſoribus tanquam regula, quam perpetuo ſequantur, praeſcripta, I. P. O. *A. XVII. §. 2.* et R. I. N. *§. 6.* et Iudiciis Imperii pro norma iudicandi rite inſinuanda. RECESS. EXSEQ. *§. 67.* Ex inſtituto nuper cauſſam dixit vir conſult. CAR. HENR. GEISLER *de grauaminibus religionis auctoritate Iudicior. Imper. tollendis. Erlangae cIↄIↄccLXXI.*

*d*) G. C. GEBAVER, vir perill., ſ. reſpondens L. I. G. MEIER *de iure Corporis Euangelici valide intercedendi mutationibus ſtatus anni decretorii. Goettingae cIↄIↄccLII.*

ctio ſupremorum Imperii Tribunalium nec negari poteſt, nec ab ipſis Euangelicis, vti infra videbimus, in dubium vocatur. In hiſce igitur cauſſis reuera auctoritate Iudiciorum Imperii diſcutiendis magis adhuc ventilari debet quaeſtio, vtrum et quomodo diſpoſitio Receſſus Imperii de effectu Reuiſionis ſuſpenſiuo ipſis adplicanda ſit, de quo nunc, quantum par eſt, diſpiciendum.

## §. XXXVI.

*De termino decretorio hoc intuitu pacis ſanctiones.*

De iſto autem decretorio termino, quatenus futuram inter vtriusque religionis conſortes praeſtare debet normam, has deprehendimus Inſtrumenti Pacis diſpoſitiones: 1.) Quaecunquae bona eccleſiaſtica immediata Catholici, ſeu Auguſtanae confeſſionis Status die prima Ianuarii anni cIↄIↄcXXIV. *poſſederint*, omnia et ſingula, nullo plane excepto, eius religionis conſortes, qui dicto tempore *in reali eorum poſſeſſione* fuerunt; — tranquille et inperturbate poſſideant, neutrique parti liceat alteri *ſeu in iudicio, ſeu extra iudicium negotium faceſſere*, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre *a*); 2.) Beneficia eccleſiaſtica et praebendae, quas altetutra pars dicto die *poſſidebat*, retineat etiam in poſterum, et quibus ab hoc die inde iudicialiter, ſiue extraiudicialiter exciderit, aut quocunque modo turbata fuerit, ea vigore pacis, omnibus nouationibus abolitis, *illico* reſtituantur *b*);

3) Quot

*a*) I. P. O. *A. V. §. 14.*

*b*) I. P. O. *A. V. §. 15.*

3) Quot Capitulares aut Canonici in Capitulis mixtis die 1. Ian. illius anni vſpiam vel Auguſtanae confeſſionis, vel Catholici fuerunt, totidem illic ex vtraque religione erunt ſemper *c)*; 4) Vnicum ſolumque transactionis, reſtitutionis, obſeruantiaeque futurae fundamentum ſit die 1. Ian. anno cIↄIↄcxxiv. habita *poſſeſſio, irritis exceptionibus quibuscunque*, et vbi A. C. Statibus bonorum eccleſiaſticorum mediatorum, eorundem pertinentiarum fructuumue aliquid quouis modo aut praetextu, ſiue iudicialiter, ſiue extraiudicialiter a dicto tempore interuerſum, aut ademtum eſt, *omnino abſque mora et indiſtincte*, cum ſuis pertinentiis, reditibus et acceſſionibus, vbicunque ſitis in priorem ſtatum reſtituantur; nec A. C. addicti poſthac in habita, vel recuperata poſſeſſione vllo modo turbentur, ſed *ab omni perſequutione iuris et facti* tuti ſint, idemque Catholicorum intuitu obſeruetur *d)*; 5) Religionis exercitium, quod ſubditi alterius religionis anno cIↄIↄcxxiv. quacunque anni parte habuerunt, retineant cum annexis, quatenus dicto anno habuiſſe probare poterunt, turbati vero, aut quocunque modo deſtituti *ſine vlla exceptione*, in eum, quo anno cIↄIↄcxxiv. fuerant, ſtatum plenarie reſtituantur *e)*; 6) Reditus, cenſus, decimae, penſiones, quorum in *poſſeſſione* vel quaſi percipiendi A. C. Status anno cIↄIↄcxxiv. die 1. Ian. fuerunt, *abſque vlla* ex-



c) I. P. O. *A. V. §. 23.*

d) I. P. O. *A. V. §. 25. 26.*

e) I. P. O. *A. V. §. 31. 32.*

*exceptione* ſoluantur *f)*; 7) Ad conſequendos reditus, cenſus, decimas et penſiones, in iis A. C. Statuum ditionibus, vbi Catholici anno dicto notorie in poſſeſſione vel quaſi exercitii iurisdictionis eccleſiaſticae fuerunt, vtantur eadem poſthac quoque; itidem Catholicorum ſubditi A. C. addicti, qui anno illo eccleſiaſticam iurisdictionem agnouerunt, eidem etiam in poſterum ſubſint, in iis caſibus, quae Auguſtanam confeſſionem nullatenus concernunt, eodemque iure A. C. magiſtratuum ſubditi Catholici cenſeantur, inque hos, qui anno cIↄIↄcxxiv. publicum religionis Catholicae exercitium habuerunt ius dioeceſanum, quatenus Epiſcopi illud dicto anno exercuerunt, ſaluum ſit *g)*.

*f)* I. P. O. *A. V.* §. *46. 47.*

*g)* I. P. O. *A. V.* §. *48. et 49.*

## §. XXXVII.

*Ex quibus generale deducitur conſectarium.*

Ex hiſce Sanctionibus vti, fundamentum iurium inter vtramque religionem eſſe anni cIↄIↄcxxiv. ſtatum liquet, ita ſimul vnice ad actualem in dicto anno habitam poſſeſſionem reſpici debere, exinde edocemur. Ea igitur *probata* non tantum ius eius partis, quae in ipſa ſe fundat, ſatis clarum eſt, ſed ſimul etiam *probatum* factum alterius partis aduerſus illud ſuſceptum illicitum et Inſtrumento Pacis contrarium deprehenditur. Qua propter quoniam, ita praecipiente Pace, *tum*, quidquid pars quaelibet in dicto anno habuit, et in poſterum

ſterum

ſterum ipſi ſaluum eſſe debet, *tum* turbati et deſtituti in ſtatum illius anni plenarie reſtituendi ſunt: Probato hoc ſtatu poſſeſſorio ac turbationis facto, reſtitutio talis, qualis in Inſtrumento Pacis praeſcribitur, omnino facienda erit, ac quaecunque reſtitutioni huic aduerſa fiunt, aut moliuntur, anni decretorii normae et ipſius Inſtrumenti Pacis litterae aduerſa habenda ſunt.

## §. XXXVIII.

*De modo turbatos reſtituendi, qui excludit Reuiſionem ipſam.*

Verum quod ad modum attinet, quo reſtitutio eorum facienda eſt, qui in poſſeſſione, quam in anno normali habuerunt, turbati, aut eadem deſtituti ſunt, adductae pacis ſanctiones nos docent: I.) Aduerſus ipſas nullas omnino exceptiones attendi, nilque II.) ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium in contrarium ſuſcipi, potius, III.) qui in ea ſe fundant, ab omni iuris et facti perſequutione tutos relinqui, atque IV.) turbatos ſtatim abſque mora reſtitui debere. Qua igitur propter probata anni decretorii obſeruantia, et in ipſo habita poſſeſſione atque lata ex peracta probatione ſententia, interponenda forte Reuiſio reuera exceptio huic anno aduerſa, negotium in iudicio ſuſceptum, impedimentum illatum, et perſequutio iuris contra ſtatum poſſeſſionis anni illius erit dicenda, haut magis ergo ex Pacis diſpoſitione, ac ipſa via facti a Tribunalibus Imperii admittenda ac toleranda. Vt ideo citra dubium in iis grauaminibus religionis atque cauſſis ec-

cleſiaſticis, vbi de poſſeſſione in anno normali ſatis liquidae probationes adeſſe deprehenduntur, plane remedio Reuiſionis locum eſſe haut poſſe, recte ſtatuatur.

## §. XXXIX.

*Sicque et naturali ratione eius effectum ſuſpenſiuum.*

Ita ergo ipſa reuiſione recte excluſa, effectus eius ſuſpenſiuus per ſe in his cauſſis cogitari nequit. Enimuero et eum praeterea diſertis pacis ſanctionibus obſtare, quis eſt, qui non videat? Certe enim, ſi, qui poſſeſſione, quam dicto anno ſe habuiſſe probarunt, exciderunt, aut in ea turbati fuerunt, *illico* reſtitui debent, ſi *ſine vlla exceptione* turbatorum atque deſtitutorum reſtitutio facienda eſt, per interpoſitam Reuiſionem exſequutionem ſuſpendi, nulla ratione admitti poterit. Atque, vbi clare *abſque omni mora*, grauatos reſtituendos eſſe, pax praecipit, tamen Reuiſionem reſtitutioni aut exſequutioni moram facere debere, quid abſurdius?

## §. XXXX.

*Quod confirmatur per Art. XVII. §. 3.*

Magis adhuc dicta comprobantur, quum in Inſtrumento Pacis generatim diſpoſitum legimus: Contra ipſum, vllumue eius articulum, aut clauſulam nulla Iura Canonica vel Ciuilia, communia, vel ſpecialia Conciliorum decreta, priuilegia, indulta, edicta, commiſſiones, inhibitiones, mandata, decreta, reſcripta, litispendentias, quocunque tempore latas ſenten-

tentias, res iudicatas, Capitulationes Caeſareas, vel alias, ſiue praeteriti, ſiue futuri temporis proteſtationes, contradictiones, adpellationes, vel vllas alias, quocunque nomine, aut praetextu excogitari poterunt, exceptiones, vnquam allegari, audiri, vel admitti, nec vſpiam aduerſus pacem in petitorio, aut poſſeſſorio, ſeu inhibitorios, ſeu alios proceſſus, vel Commiſſiones vnquam decerni debere *a*). Iam igitur ſimul atque ex probatione grauati de actuali in anno decretorio habita poſſeſſione ſatis clare conſtat, ſtatim ex norma Pacis reſtitutio facienda eſt, quae non niſi per exſequutionem ſententiae decernendam fieri poteſt. Adeoque noua in Reuiſorio litispendentia, decretum et reſcriptum Reuiſionem admittens, multoque magis effectum ſuſpenſiuum huic remedio tribuens, huic praeſenti pacis ſanctioni aperte aduerſum erit, atque ita locum habebit plane nullum.

*a*) I. P. O. *A. XVII.* §. 3.

## §. XXXXI.

*Accedit ab excluſa adpellatione argumentum.*

In primis vtramque paginam facere videtur argumentum ab analogia adpellationis ductum, ex qua eatenus Reuiſionem diiudicari volunt leges Imperii, vt quae cauſſa adpellabilis non ſit, in ea nec admittatur Reuiſio *a*). Iam I.) adpellationi, ſicque et Reuiſioni in ſummis Imperii Tribunalibus locus

*a*) R. I. N. §. 125: „*In Faellen, da die* appellationes, *vermoeg gemeiner Rechten nicht zulaeßig*, ſollen auch die *Reuiſiones* nicht ſtat finden.„

locus non eſt in cauſſis ſummariis, et quae moram non admittunt *b*). Ita vero comparatas eſſe grauaminum eccleſiaſticorum cauſſas tum vbique ex Inſtrumento Pacis, quod diſertis verbis *abſque omni mora* reſtitutionem turbatorum faciendam eſſe praecipit, tum ex ipſa earum indole ac natura clarum adeo eſt, vt nihil ſupra. Quare nec Reuiſioni in iis locum eſſe concedendum prono alueo fluit. Atque etiam ſi reſtrictam in hiſce cauſſis adpellationem, ad effectum eius ſuſpenſiuum referre tantum velimus, ideo tamen, nec Reuiſioni effectum ſuſpenſiuum tribuendum eſſe, conſequeretur. Denegatur II.) adpellatio in cauſſis ſpolii manifeſti *c*). Quemadmodum autem factum illicitum quodlibet, quo rei poſſeſſio, vel quaſi aufertur, ſpolium eſſe dicitur, idque tam in rebus, tam in iuribus committi poteſt *d*), turbatio ſane ſtatus poſſeſſionis anni decretorii, aduerſus Pacem Weſtphalicam facta, eaque oppido probata, recte ſpolium manifeſtum erit habendum. Vnde, quemadmodum hac ratione in cauſſis ſpolii Reuiſionem in cauſſis ſpolii haut admittendam ducunt Tribunalia Imperii *e*), eam omnino quoque in cauſſis hiſce Eccleſiaſticis exſulare, adparet. Similiter denique III.) in adductis

*b*) Teſtis eſt ipſe perill. L. B. DE CRAMER in *Syſt. Proc. Imp.* §. *1066. et 1519.*

*c*) Et hic nominare ſufficiat perill. CRAMER *l. c.* §. *1170.*

*d*) Perill. G. L. BOEHMER *Principia Iuris Canonici* §. *724. ſ.* (edit. a. 1767.)

*e*) Perill. CRAMER *Wetzlar. Nebenſtunden.* T. I. p. 1. *ſeqq.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/74 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ductis modo antea Pacis verbis adpellationes contra ipſam generatim excluſas et prohibitas eſſe legimus *f*). Eo ipſo vti iuxta analogiam Reuiſiones aduerſus Pacem exſulare debent, harum cenſu vtique habendae ſunt, quae aduerſus reſtitutionem ex praeſcripto Pacis, probata poſſeſſione in termino decretorio habita, decernendam interponuntur.

*f*) I. P. O. *A. XVII. §. 3.*

## §. XXXXII.

*In primis, cauſſas religionis ad ordinarium proceſſum non pertinere, vtramque facit paginam.*

Ipſum quoque Reuiſionis remedium in ſupremis Imperii Tribunalibus quidem ordinarium eſt, per Ordinationem Cameralem et alias Imperii leges ſtabilitum, ſed ſimul quoque ordinarium illum iuris tramitem, alias vtrique Archidicaſterio praeſcriptum, ſupponit, et ad eum referendum eſt. Ex eo autem cauſſae grauaminum religionis plane diiudicari haut poſſunt; potius ſingularibus Conſtitutionibus Imperii nituntur, et plane ſingulari et alio modo tractandae ſunt. Etenim, vt praetereamus, quae de reſtitutione illico, abſque omni mora, pure, et remotis omnibus omnino exceptionibus facienda Pacem Weſtphalicam diſponere, iam vidimus, eos, qui Paci contraueniunt, vel exſequutioni aut reſtitutioni repugnant, vel ſine legitima cauſſae cognitione et ordinaria iuris exſequutione reſtitutos de nouo grauare tentant, paenam fractae Pacis incurrere, ac ita iuxta Conſtitutiones Imperii reſtitutionem et praeſtationem cum pleno effectu decerni et de-

mandari debere, praecipit *a*), quod quidem omnino in eos, qui ſtatum poſſeſſorium anni normalis turbant, ſiquidem omnino Paci contraueniunt, cadere in aprico eſt. Similiter Receſſ. Imp. nouiſſ. turbationes et grauamina illata, ceu attentata aduerſus pacem, ſtatim per mandata inhibitoria tolli ſtatuit, ſanciens: „*Daſs kein Stand gegen den andern, oder deſſen Land und Leut, oder auch gegen ſeine eigene Unterthanen und Buirger in Religions-Sachen wider den Friedens Schluſs mit Gewalt und eigenmaechtiger Beginnung das geringſte nicht attentiren, oder vornehmen, ſondern ein jeder dasjenige, was er vermeynt, das ihm gebuihre, mit behoerigen Weg Rechtens ſuchen, und denen, ſo dawider beſchwert wuirden, auf Begehren,* mandata inhibitoria *gehoeriger Orten ertheilet und vollnzogen werden ſollen b).*„ Accedit hiſce Capitulatio Caeſarea, quae omnes omnino ambages proceſſus in cauſſis grauaminum religionis excludit, potius ſine omni mora exſequutionem fieri iubet: „*Wo auch ſelbige* (A. C. addicti Status) *ſich gegen das* Inſtrum. Pacis, *Nuirnbergiſchen Executions-Receſs*, arctiorem modum exſequendi *und andre Reichs Conſtitutiones beſchwert zu ſeyn erachteten, ſ. u. w. w. auf ihre — ſamt oder ſonders an Uns thuende Vorſtellungen ohne allen Anſtand, obgedachten Reichs-Grund-Geſetzen gemaeſs, entſchlieſſen, ſo fort ſothane Unſere Entſchlieſſung denſelben zu wiſſen thun, ſolche auch ohngeſaeumt zum wircklichen Vollzug bringen, keinesweges aber* in cauſſis religionis *Proceſſe verſtatten, ſondern dar-*

*a*) I. P. O. *A. XVII. §. 4.*

*b*) R. I. N. *§. 193.*

*darunter lediglich oberwehnten Reichs - Grund - Geſetzen nachgeben* c).„

c) CAP. CAES. (1742.) *Art. I. §. 11.* Nuper quidem CHRISTOPH CRAMER, Profeſſor Thereſiani Viennenſis, in tract. *Abhandlung, wie in Teutſchland ueber die ausbrechende Religions - Beſchwerden zu verfahren ſey. Frf. et Lipſ.* CIↄIↄↄCLXX. ſanctionem hanc non niſi de *reſtituendis* ex Inſtrumento Pacis accipiendam eſſe, opinatus eſt. Verum vti I.) generalia verba legis hanc limitationem omnino haut patiuntur, ita II.) expeditum eſt, innumeram fere querelarum ſub Carolo VI. Imp. multitudinem, in quibus maximam partem ad interceſſionales ſuas ne reſponſionem quidem Imperatoris tulerat Corpus Euangelicorum, huic diſpoſitioni anſam praebuiſſe. Iſthaec autem querelae quum, quod conſtat, potiſſimum *violationes* Pacis Weſtphalicae concernerent, ad has tantum non ſolas Capitulationis locum referri debere, in aprico eſt. Suadent III.) quoque ipſa verba: „ *Sich* gegen *das* Inſtrumentum Pacis — beſchwert *zu ſeyn erachteten*, „ violationes pacis potius, quam ſola reſtituenda ex pace eſſe ſubintelligenda. Denique IV.) ipſum Imperatorem hoc ſenſu Capitulationem ſuam ſemper accepiſſe infra videbimus, et ſic igitur rectius CRAMERVS faceret, ſi promiſſis iurato ab Imperatoribus praeſtitis alium argutiis ſuis qualibuscunque adfingere ſenſum deſiſteret, quam quo ipſi ſanctiſſimam fidem ſuam interponere, et interpoſitam ſeruare voluerunt. Conf. excell. SCHOTTII *Unparth. Critic. Tom. III. p. 875. ſeqq.*

## §. XXXXIII.

*Quod maxime ſemper vrſerunt Euangelici.*

Singulari iſti per leges Imperii cauſſis grauaminum religionis indulto magis ſummario ac extraordinario modo procedendi

cedendi acriter quoque inhaeſiſſe deprehenduntur Euangelici, nec vnquam ab eodem deflecti paſſi ſunt. Adeoque pro fundamento poſuere in cauſſis grauaminum religionis, facta ſtatus poſſeſſorii probatione nil niſi ſolam exſequutionem ac reſtitutionem locum habere, e contrario autem, quidquid praeterea in ordinario proceſſu obſeruatur, merito hic exſulare, nec vnquam admittendum eſſe. Quod flebile hoc ius grauatorum omni tempore vrſerunt, et in memoriam reuocarunt: Ita a. cIↃIↃCCXIX. quum in Comitiis Commiſſarius Caeſareus principalis, litteras informatorias a grauantibus exſpectandas eſſe, declaraſſet, regerebant Euangelici „*waere zu vernehmen geweſen, es wuirden die uibergebene* grauamina *communicirt, und folglich zu einen weitlaeuftigen Proceſs verwieſen werden, welches aber gar nicht dieſe Intention haette, ſondern daſs nur nach Maasgebung des* I. P. *ſecundum nudum factum poſſeſſionis* die Exſequution erfolgen moechte„ *a)* Similiter eodem tempore Legatus Brandenburgicus Heidelbergae declarabat: „*das* Corpus Euangel. *haette die Pfaelziſche und andre Religions Beſchwerden nicht per modum libelli an* I. K. M. *gebracht, um ſich* in eine formelle *litis Conteſtation*, oder *Proceſſum ordinarium einzulaſſen, ſondern deshalb nur bei dero Principal Commiſſarii Durchl. Eminenz die geziemende Anzeige gethan, und dieſelbe angelegentlich erſucht, ſolches alles* I. K. M. *allerunterthaenigſt vorzuſtellen, damit* nicht durch Proceſs, *ſondern nach klarer Maasgebung des W. F. Schluſſes durch die* wirkliche Exſequution *ſecundum nudum factum annorum regulatiuo-*

*rum*

*a)* DE SCHAVROTH *T. II. p.* 526.

*rum alles reſtituiret werden moechte b).„* In cauſſa *der Treuchtlingiſchen Religions - Beſchwerden* a. clↄlↄccxxxi. declarauit Corpus Euangelicorum: „*Daſs — beide hohe Reichs - Gerichte* nicht irgends anders *die Haende darin* (in cauſſis religionis) *ſchlagen moegen*, dann blos *auf Anrufen des beleidigten Theils Inhibitiones*, und *Mandata S. C.*, oder aber *local* Commiſſiones von beiderſeits Religions - Verwandten und Staenden *ad exſequendum, ſecundum nudum factum poſſeſſionis in anno decretorio* zu ertheilen *c*).„ In primis notanda ſunt verba litterarum Corporis Euangelicorum ad Imperatorem d. d. 31. Ian. clↄlↄccxliii., vbi, vt Tribunalibus Imperii iniungitur, poſtulant: „*Daſs wo dieſelbe* in cauſſis eccleſiaſticis, *ſo durch den W. F. genugſam entſchieden*, pro manutenentia vel reſtitutione *angerufen werden, ſie die Sachen* nicht in proceſſualiſche Weitlaeuftigkeiten *verwickeln laſſen, noch weniger ſelbſt verwickeln, ſondern an einer* ſummariſchen Application des W. F. *ſich begnuigen d*)„. Similiter occaſione cauſſae notiſſimae Hohenloicae cauſſam dixerunt Euangelici in litteris ad Imperatorem d. d. 30. Iul. clↄlↄccxlix.: „*aus welchen allen dann ſich ergiebet, daſs der im* Inſtrum. Pacis, *bei denen zur Endſcheidung vorfallenden* grauaminum Religionis *ausdruicklich vorgeſchriebene* beſondre *ſpeciale modus procedendi*



*b*) FABRI Staats - Canzlei *T. XXXV. p. 268. ſ.* Id quod in ſcripto, eodem anno ab Euangelicis Commiſſario principali in Comitiis exhibito, repetitum legitur *ibidem p. 357.*

*c*) MOSERS Reichs - Fama *T. X. p. 1. ſ.*

*d*) DE SCHAVROTH *T. III. p. 164. ſ.*

*nicht nur* von allen Arten des Proceſſes, *wie ſie Nahmen haben moegen*, offenbarlich ganz abgehe, *ſondern zugleich„ etc.* et porro conqueſti ſunt: „*So haben die Herren Grafen Neuenſteiniſcher Linie — zu ungekraenkter Aufrechthaltung des* ſtatus anni decretorii *gegen die offenbar unjuſtificirliche neuerliche* attentata *der Herren Fuirſten bei I. K. M. Reichs-Hofrath* ſchleunigſte geſetzmaeſſige Huilſe *ſuchen moegen, ſtatt aber ſolcher letztern theilhaftig zu werden, der Eingang zu* proceſſualiſcher Weitlaeuftigkeit *durch das* Concluſum de 17. nup. — *gemacht werden wollen* e).„ Atque, vt alia praetereamus, nuper Corpus Euangelicorum in concluſo d. d. 11. April. et dict. 24. April. a. cIↄIↄccLXX., ſpem fouet certiſſimam, effecturum eſſe glorioſiſſimum IOSEPHVM nunc regnantem, vt „*die der Diſpoſition des Weſtph. Friedens-Schluſſes angemeſſene prompte* Remedur *aller und ieder derlei Beſchwerden* ohne proceſſualiſche Weitlaeuftigkeit, *erzielet werden moege* f)„.

e) DE SCHAVROTH *T. I. p. 209. ſ.*

f) FABRI neue Staats-Canzlei *T. XXVIII. p. 310. ſ.*

## §. XXXXIV.

*Agnouit quoque Imperator.*

Egregie vero hic ſingularis celerrimus in cauſſis grauaminum religionis, miſſis quibuscunque aliis alias conſuetis proceſſus formalibus, adhibendus procedendi modus exinde firmatus exſiſtit, quod ipſi Celſiſſimi Imperatores plane in eandem cum Euangelicis ſententiam deſcendiſſe, vtque ita

hae

hae cauſſae tractari debeant tum profeſſi, tum Tribunalibus Imperii ſupremis iniunxiſſe deprehendantur. In decreto glorioſae memoriae Imperatoris FRANCISCI I. ad Senatum Imperii Aulicum d. d. 30. Aug. a. CIↃIↃCCLV. cautum legimus: „*Als ſolle der Reichshofrath in Religions-Sachen die* ſchleunige Iuſtitz, *ohne alle Ruickſicht der Sachen und Perſonen*, nach klarer Vorſchrift der Reichs-Satzungen, *nicht allein handeln, ſondern auch die noch ruikſtaendige derlei Sachen vorzuiglich anderer des eheſtens abthun etc.*„ a). Memorabilius adhuc eſt eiuſdem Imperatoris eodem tempore ad Cameram Imperialem emanatum reſcriptum, vbi iuberi videmus: „*Daſs nicht allein alle obſeyende zur gerichtlichen Klage allſchon gekommene die Religion betreffende Sachen des forderſamſten abgethan, ſondern auch alle weiter angebracht werdende Beſchwerden auf deren erforderliche rechtsgenuigliche Beſcheinigung* ohne proceſſualiſche Weitlaeuſtigkeiten dem Weſtph. Friedens-Schluſs, *den Executions-Ordnungen*, dem letztern Reichs-Abſchied, *und* der Kaiſerl. Wahl-Capitulation *gemaeſs, erlediget werden ſollen* b).„ Similiter veneramur praeclara ac clementiſſima immortalis IOSEPHI noſtri verba in reſcripto ad principalem in Comitiis Commiſſarium d. d. 8. Ian. CIↃIↃCCLXIX: „*Wir, und auf unſere Kaiſerliche Verordnung die beide Reichs-Gerichter, werden dahingegen denen ſich in Religions-Sachen beſchwerenden Theilen, wann ſelbe die Sachen behoerig anbringen und fortſetzen*, mit Beiſeitigung aller weitlaeuſtigen Proceſſen,

a) MOSER von Reichstags-Geſchaeften, *p. 420.*

b) MOSER *l. c. p. 421.*

ceſſen, *vorzuiglich aller anderer, mit dem dazu in Geſetzen vorgeſchriebenen* executiviſchen Verfahren *diejenige Rechtshuilfe* zum ſchleunigſten *angedeihen zu laſſen, welche nach jeder Sache Umſtaenden raethlich, und, am innerſten die Religions-Beſchwerden auf allen Seiten zu heben, geeignet iſt* c).„ Cum quibus concordant, quae in reſcripto ad Cameram Imperialem d. d. 19. Iun. a. cIↃIↃCCLXX. continentur, optimo ſaluti Germaniae dato Imperatore digniſſima: „*Geben wir euch hiemit nochmahlen gnaedigſt auf, daſs, wie ohnehin ſchon ſattſam in den Reichs-Satzungen vorgeſehen, die Klagen und Beſchwerden, welche — in Sachen, ſo eigentlich die Religion betreffen, ordnungsmaeſsig werden eingefuihret werden, oder welche bereits werden eingefuihret ſeyn, vorzuiglich aller andern Sachen jedesmahl vorgenommen, darin ſo wohl auf hinlaengliche Beſcheinigung nach Vorſchrift des juingern Reichs-Abſchiedes mit der Erkennung der* Mandatorum, *als auch hernach in Fortſetzung dieſes Proceſs mit weitrer richterlichen Erkaenntnis, fort in den dadurch befindenden und mit richterlichen Ausſpruch entſcheidenden* liquiden *Sachen verfuigender wuircklichen Execution, beſonders mit* genauer Beiſeitigung deren ohnehin in dieſer Proceſs-Gattung nicht Platz habender ſonſtiger gerichtlichen Zeitfriſten, Schrift Wechſeln, und derlei Weitlaeuftigkeiten *ſo ſtracklich, als unpartheiiſch verfahren werde* d).„

§. XXXXV.

c) FABRI Neue Staats-Cantzlei. *T. XXVII. p. 295.*

d) CRAMER Nebenſtunden. *T. CIII. p. 469.*

## §. XXXXV.

*Unde Reuiſionis remedium, et eius effectum ſuſpenſiuum omnino exſulare debent.*

Hiſce ita comparatis, omnes tricas et ambages ordinis iudiciarii, omnes diſceptationes forenſes a cauſſis eccleſiaſticis plane abeſſe, potius quam breuiſſime ipſas tractari, atque celerrimum paratiſſimumque iudicis auxilium in ipſis interuenire debere, cauere Imperii leges, omni tempore vrſiſſe ac ſuſtinuiſſe Euangelici, agnouiſſe et ſtatuiſſe, immo ad hunc diem vſque agnoſcere et ſtatuere Imperatores dignoſcuntur. Enimuero huic ſtabilitae cauſſarum religionis tractationi protractionem litis per plures inſtantias omnino haut quadrare, remedia iuris, quae ad fatalia ac formalia praeciſe adſtricta ſunt, ac repetitam et iteratam cauſſae diſceptationem et diſcuſſionem requirunt, in totum ipſi contraria eſſe, multoque magis ſuſpendendam, ad quam confeſtim deueniendum eſt, lata iam ſententia, exſequutionem eidem apertiſſime aduerſari, contra autem haec omnia ad ipſas illas ambages plane hic eliminatas, haut referri non poſſe, certum, clarum adeo eſt, vt nihil plane ſupra. Qua igitur propter ipſo ſtatuto et agnito illo breuiſſimo ac expeditiſſimo in cauſſis grauaminum religionis procedendi modi, omnem Reuiſionem, nedum effectum eius ſuſpenſiuum diſerte excludi et exſulare, vides. Ita rectiſſime cenſuit in cauſſa Hohenloica Corpus Euangelicorum in excitatis litteris ad Imperatorem d. d. 30. Iul. cIↄIↄCCXLIX.: „*Daſs beide* Remedia, *der Supplication ſo wohl, als Reſtitution* in integrum — *or-*

 *dent,*

*dentliche Theile eines Reichs-Proceſſes offenbar ausmachen, auch daher in den Reichs-Geſetzen die Form dererſelben, nebſt den hiebey jedesmahlen zu beobachtenden* fatalibus, *umſtaendlich vorgeſchrieben zu befinden. Wie moegen aber dieſe* remedia iuris, *durch welche die Proceſſe zum oeftern ſo gar verewigt zu werden pflegen, mit demjenigen ſchnellen* modo procedendi *ſich vereinbaren laſſen, welcher gleichwohl ſo ſchlechterdings nach dem angefuehrten* Inſtrumento Pacis, in cauſſa attentatorum et grauaminum religionis, *allein ſtat finden ſoll a)*."

a) DE SCHAVROTH *T. I. p. 810.*

## §. XXXXVI.

*De diſcrimine inter grauamina liquida et illiquida.*

Iam quidem natura rei iubet, vt cauſſae grauaminum *liquidae* ab *illiquidis* vtique ſeparentur. *Liquida* omnino erunt grauamina, in quibus ſtatim ab initio motae querelae tum de ſtatu poſſeſſorio anni normalis, quod et in quantum grauatus in poſſeſſione tunc fuerit, tum de facto turbationis, quod et quousque turbatio facta, quidue igitur reſtituendum, ſatis clarae probationes adſunt. Et in iis pleniſſimum iſtarum ſanctionum Imperii adplicationem locum inuenire indubitatum eſt, quum iam *aliis* cauſſis liquidis, et *ſimplicibus* facti viis, ab exſequutione inchoari, et mandata ſine clauſula decerni debere velint Imperii Conſtitutiones *a)*, multo igitur magis

a) O. C. *A.* cIↄIↄLV. P. II. *Tit.* 21. 22. 23. Recte igitur hic obtinere iam obſeruauit Conſult. GEISLER *de grauamin. relig. auctorit.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/84 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

magis hic ſtatim ad exſequutionem deueniendum, vbi, multo celeriorem et extraordinarium procedendi modum obſeruari, ſanciunt. *Illiquida* contra ſunt grauamina, vbi probatio ſufficiens tum ſtatus poſſeſſionis in termino decretorio, tum facti turbatiui deficere deprehenditur. Quod ſi hic *in totum* vtriuſque probatio defecerit, aut certe facta turbatio, citra quam actio non competere valet, ne demonſtrata quidem fuerit, plane inutilis erit querela, et a iudicio pleniſſimam repulſam feret implorans, ſiquidem narrata ſupplicae aliquatenus probari velint leges Imperii, eoue neglecto plane proceſſus haut decernendi ſint, nec aditus ad iudicem pateat ſupplicanti *b*). Atque ipſum Corpus Euangelicorum, eiusmodi querelis ſe nunquam patrocinaturum grauiter caeuit *c*). Verum ſi tantum *non ſufficiens* fuerit probatio, ſiue

 quod

*ctorit. Iudicior. Imp. tollendis.* §. *XX.*, quae in Pacificatione Weſtphalica ipſi notarunt Catholici: „*Es hat in den Reichs- und Rechts-Ordnungen ſeinen gewieſenen Weg, wann und in was Faellen, vornehmlich da* unwiderſprechliche notoria attentata, turbationes, ſpolia, *eigenwillige und gewaltthaetige* Occupationes *ueber und wider ganz klare Reichs-Schluiſſe vorlaufen*, geſtrack von der Execution angefangen werden ſoll und kann.„ DE MEIERN *Act. Pac. Weſtph. T. II. p. 560.*

*b*) R. I. N. §. 79.

*c*) Ita nuper ſtatutum in Concluſo d. d. 11. April. a. CIƆIƆCCLXX: „*Dieweil jedoch aber* Euangelici *keinesweges gemeint ſind, unnoethigen oder gar ungegruindeten — von den erforderlichen Rechts-Gruinden entbloeſſeten Querelen das Wort je zu ſprechen, und ſich, oder*

quod turbatio et poſſeſſio tempore termini decretorii probata fuerit, non tamen ſatis conſtet, quousque praeciſe turbatio facta, ſicque reſtitutio iniungenda ſit, ſiue quod turbatio ſatis clara ſit, circa ſtatum poſſeſſionis autem dubium adhuc quoddam reliquum ſit: Statim, vti in grauaminibus liquidis, quidem ad exſequutionem realem procedi non poſſe rei natura iubet. Verum tamen nec hic conſuetum alias tramitem iudiciarium locum habere, potius vel illiquida grauamina celeriore modo tractanda eſſe, ſtatuendum eſt. Nam I.) ipſa indoles cauſſarum eum iam omnino exigit, quum non tantum in quauis turbatione via facti, grauiter legibus interdicta, ſubſit, ſed in primis quoque ea religionis intuitu ſpeciali ſanctione Pacis Weſtphalicae prohibita *d*), et ſic ſimul etiam eo ipſo violatio eius, criminis pacifragii inſtar, ſubito coercenda, adeſſe deprehendatur. Accedit II.) quod diſputationes iudiciariae per Capitulationem Caeſaream *in cauſſis religionis* indiſtincte et generatim exſules eſſe iubeantur — „*keinesweges aber* in cauſſis religionis *Proceſſe verſtatten* „ —, immo III.) ita fieri debere ſtatuatur in

*oder andre, am allerwenigſten aber das allerhoechſte Reichs-Oberhaupt damit behelligen zu laſſen*., etc. FABRI Neue Staats-Canzlei *T. XXVIII. p.* 315.

*d*) I. P. O. *A. V.* §. 1. *in f.* vbi: „violentia omni et via facti, vt alias, ita et hic inter vtramque partem perpetuo prohibita,„ et iterum *A. XVII.* §. 7.: „et nulli omnino Statuum Imperii liceat, ius ſuum vi vel armis perſequi, ſed ſi quid controuerſiae, ſiue iam exortum ſit, ſiue poſthac inciderit, vnusquisque iure experiatur, ſecus faciens reus ſit fractae pacis.„

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/86 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

in genere, „*wo auch ſelbige* (Auguſtanae confeſſioni addicti) *ſich gegen das* Inſtrum. Pacis — beſchwert zu ſeyn **erachte**-*ten*„. Hinc et IV.) ſemper ac indiſtincte in cauſſis grauaminum religionis ſpecialem, et a quouis alio proceſſu diuerſum modum procedendi obſeruandum *e*), atque nominatim quoque in illiquidis cognitionem iudiciariam ordinariam exſulem eſſe, ſuſtinuerunt Euangelici *f*). Neque minus V.) ipſi Imperatores iſthunc extraordinarium modum procedendi ſine diſtinctione in cauſſis religionis adhiberi debere agnouerunt, et ſupremis Imperii Tribunalibus mandarunt *g*). Denique VI.) nec alia ratione illiquida grauamina a liquidis diſtant, niſi quod in illis omnes probationes ab initio nondum adſint, quae autem ſi ſuppleantur, ſtatim cum his coincidunt, ſicque ad promtiſſimam exſequutionem erunt qualificatae. Qua propter, ſicut in liquidis confeſtim decerni debet exſequutio, ita, quum in genere in cauſſis religionis celerrimum Iudicis auxilium impertiendum ſit, in illiquidis tantum id agatur, vt exſequutioni paratae apta efficiantur, idque, vt quam breuiſſimae, quam celerrime, ſine omnibus ambagibus fiat, Iudiciorum Imperii, vi Capitulationis Caeſareae, ac mandatorum Imperatoris, officium eſto.

 §. XXXXVII.

*e*) Vid. §. XLIII.

*f*) Sic, quum A. cIↄIↄccxix. grauamina Palatina Imperatori ſatis liquida haut viſa Electori ad informandum communicata eſſent, omnino hoc cauſſis religionis haut conuenire, grauiter vrſerunt noſtri. FABRI Staats-Canzlei. *T. XXXV. p. 329. ſeqq.* Compara dicenda in §. ſequente.

*g*) Vid §. XLIV.

## §. XXXXVII.

*Quid in illiquidis obtineat: Exſul et hic Reuiſio.*

His conſequenter et in illiquidis grauaminibus primo loco ſtatim mandata inhibitoria ſine clauſula decernenda ſunt, id quod et diſpoſitio Receſſus Imperii nouiſſimi §. 193. exigit, et ex natura eiuſmodi mandatorum, quippe ad viam facti compeſcendam comparatorum, adparet. Dein autem, quidquid dubii ſupereſt, de eo cognoſcatur ſummario et quam breuiſſime, parti grauatae, vt legitimis adductis probationibus ſupplenda ſuppleat, breuibus abſque vlterioribus ambagibus iniungatur, eoque peracto, quum iam liquidum exſiſtat grauamen, paratiſſima illa exſequutionis ac reſtitutionis via, quam modo expoſuimus, nihil praeterea admiſſo, ſine omni mora eligatur. Ita Corpus Euangelicorum in litteris ad Imp. d. d. 18. Mart. anni CIↃIↃCCLXVII. popoſcit: „*Daſs durch unverlaengte Anordnung obberuihrter* local *Commiſſionen, und darauf alsbald folgender Execution in* liquiden, *oder nach ſelbiger vorausgehender* ſummariſcher Unterſuchungen *in illiquiden* Sachen *die — gekraenkte Evangeliſche Glaubens-Verwandte* insgeſammt unaufhaeltlich — reſtituiret werden a).„ Nec minus ipſe Imperator FRANCISCVS, piae memoriae, a. CIↃIↃCCLV. Conſilio Aulico iniunxit: „*Daſs dem Theil, der ſich beſchwere, aufgetragen werde — die noethige Beſcheinigung beizubringen*, und darauf *der angebrachten Beſchwer-*

a) FABRI Neue Staats-Canzlei. *T. XXI. p. 257. ſ.*

*ſchwerden* Erledigung *zu gewaertigen b).*„ Qua igitur ratione in remedii Reuiſionis intuitu nihil omnino diſcriminis liquida inter et illiquida grauamina intercedere valere, ideoque ipſum, multoque magis ſuſpenſiuum perinde hic, ac ſupra de liquidis commonſtrauimus, in totum exſulare, plane extra omnem dubitationem poſitum deprehendis. Ceterum autem hic quoque ſolum ſtatum poſſeſſorium anni normalis, reiecto petitorio, reiectaque omni alia nouiore poſſeſſione, attendendum eſſe, praecipit Pax Weſtphalica, ac ex ipſa optimo iure vrgent Euangelici.

*b*) MOSER von Reichstags-Geſchaeften *p. 421.*

## §. XXXXVIII.

*Commiſſiones locales vrgent Euangelici.*

Enimuero ſicuti iam generatim ipſa ſupremorum Imperii Tribunalium conſtitutio et indoles ſemper aliqua ratione tam celerem tractationem cauſſae, vti alias obtineri poſſet, non permittit: ita praeſertim in grauaminibus illiquidis, vbi aliqualis tamen cognitio neceſſaria eſt, non poteſt paullulum lentior euenire. Maxime vbi de facto turbationis, quale illud ſit, diiudicandum eſt, fieri nequit, quin ſaepius aliqua difficultas et mora hic oriatur. Hinc quum iam iuris ſit communis, vt in iis cauſſis, quae in ordinaria audientia non commode ſatis, aut non tam breuiter tractari poſſunt, Commiſſiones decernantur, per quas facilius cauſſa ad exitum perducitur: hac ratione, celerioris expeditionis cauſſa, vt cauſ-

ſae religionis per Commiſſiones tractentur, recte poſtulant Euangelici. Ac quia in primis in ipſo loco optime cauſſa tractari, et de omnibus facilius diiudicari poteſt, *Commiſſiones locales* iure meritoque ſemper vrſiſſe, et coram iis grauamina religionis ventilari grauiter poſtulaſſe deprehenduntur *a)*. Sic in Vorſtellungs-Schreiben ſaemtliche Religions-Be-

*a)* Ita ex vulgo et indubio principio: Qui ius habet ad finem, habet etiam ius ad media, quibus finis obtinetur, neceſſitas harum Commiſſionum localium prono alueo deducitur. Nempe quum celerior tractatio cauſſarum religionis eſſe debeat, haec autem per Commiſſiones locales, et quidem in cauſſis permultis vnice, efficiatur, iure exigi, vt per eas grauamina religionis diſcutiantur, patet. Hac via incedere, quam ad Pacem Weſtphalicam, arctiorem modum exſequendi, et Receſſum exſequutionis recurrere malui, ſiquidem hae leges, vltra cauſſas *reſtituendorum* ex P. W. vix intelligendae ſint. Ea etiam ratione vſus eſt CRAMERVS, Prof. Vienn. in opuſculo ſupra adducto, vt vniuerſim has Commiſſiones locales in dubium vocaret. Sed iuxta propoſita a nobis nihilo minus ſalua res eſt. Quae autem ex protocollis electionis a. CIↃIↃCCXI. et CIↃIↃCCXLII. *nouo* (vt ait) modo procedendi per Commiſſiones locales opponere vult *primo*, ipſe male intellexit. Quae enim ibi acta ſunt *Principum Directorum Circulorum* poteſtatem circa *exſequutionem* Pacis Weſtphalicae concernunt, de qua circa finem A. XIX. §. I. Capitulationis Caeſareae paſſum inſerendum eſſe cenſuit Brandeburgicus. Id quod autem, quum per maiora non probatum fuerit, omiſſum eſt. Vid. MOSERI *Annot. ad Capitul. Car. VII. P. II. p. 517. ſ.* Is autem modus minime *nouus* eſt, ſed in P. W., arctiore modo exſequendi et Receſſu exſequutionis, vti vidimus, dudum fundatus. *Dein* autem ratio-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/90
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Beſchwerden betreffend d. d. 9. Iul. a. clɔlɔccxxvi. petunt: „*Es gelanget an E. K. M unſer Bitten, nunmehr forderſamſt* Commiſſiones ad loca *zu ertheilen. Solches iſt der* einzige Modus, *die ſich aeuſſernde Religions-Beſchwerden abzuthun b).*„ Diſtinguendo inter grauamina liquida et illiquida a. clɔlɔccxxxi. ita expoſuit Corpus Euangelicorum: „*Im Nahmen unſerer hoechſten und hohen Principalen inhaeriren wir lediglich der unumſtoeſslich gegruindeten Meinung, daſs dem Reichshofrath bei vorfallenden und zur Handhabung, oder Execution des Weſtphaeliſchen Friedens-Schluſſes an ihn gebrachten Religions-Beſchwerden — zukomme, lediglich auf das* nudum factum poſſeſſionis in annis normalibus 1618. et 1624. *durch* Mandata ſine clauſula, *oder*, wo jenes das *factum* ſtreitig, *Erkennung unpartheiiſcher* local Commiſſionen *zuruick zu geben c).* Similem Corporis declarationem, eodem anno in alia cauſſa factam, iam ſupra vidimus *d).* Eaque et poſtea ſae-

ratiocinia exinde deſumta lepida ſomnia recte dixeris, dudum profligata et exploſa a perill. STRVBEN in Nebenſtunden *Tom. IV. p. 333.* ſiquidem *tum* generatim argumentum haut procedit, omnia ea non valere, quae Capitulationi inſeri, Electores ex ratione ſpeciali interdum mere politica non probarunt, *tum* in primis, reiecto iſto monito Brandenburgico, expreſſe addita fuerit ratio, quia de hac re in I. P. et Receſſu exſequutionis ſufficienter cautum ſit. Conf. excellent. SCHOTTII Unparth. Critic. *Tom. III. p. 281.*

*b)* DE SCHAVROTH *T. III. p. 141.*

*c)* FABRI Staats-Canzlei *T. LXI. p. 89.*

*d)* Vid. §. XLIII.

ſaepius a Corpore Euangelicorum repetita leguntur *e*), nec non nouiter adhuc in Concluſo d. d. 11. April. cIↄIↄccLxx., iſtam viam Commiſſionum localium nequaqum dimitti poſſe, ſtatutum videmus *f*).

*e*) Praecipua ea de re nouius acta recenſita habes apud MOSER von Reichs - Tags Geſchaeften. *p. 410. ſ.* obſeruatam hoc intuitu diſtinctionem inter grauamina liquida et illiquida habes *ibidem. p. 413.* In concluſo Corp. Euangel. d. d. 19. Mart. cIↄIↄxLIx, vbi de Senatu Imp. Aul. conqueruntur, „*daß ſo lang im Anſtand gelaſſen werden, Executionen, oder, wo der* ſtatus anni normalis *ſtreitig, Unterſuchungs - Commiſſionen zu erkennen, bis erſt alle und jede Beſchwerden im R. H. R. referirt worden ſeyen.*„ EIUSDEM Neueſtes Reichs - Staats - Handbuch. *T. I. p. 72.*

*f*) FABRI Neue Staats - Canzlei. *T. XXVIII. p. 312.*

## §. XXXXIX.

*Hiſce omnibus tamen iuriſdictio ſupremorum Imperii Tribunalium minime in dubium vocatur.*

Ex hiſce modo expoſitis I.) iam quoque verus ſupra adductae ſanctionis Capitulationis Caeſareae ſenſus euincitur, nempe ipſius verba, *keinesweges Proceſſe verſtatten*, minime id inuoluere, quod nulla prorſus cognitio hic interuenire debeat, ſed tantum, quod miſſis omnibus ambagibus promtiſſime auxilium feratur. Simili ratione II.) nec Euangelicos in cauſſis grauaminum religionis auctoritatem ac iuriſdictionem ſupremorum Tribunalium Imperii negare, aut in dubium vocare, patet. Potius competentiam eorum vtique agnoſcunt; vnice tantum de modo, quo procedere et cogno-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/92 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

cognoſcere debeant, agitur, quem ab omnibus tricis et diſceptationibus partium adeo alienum eſſe, vt aut exſequutiones ſtatim in liquidis decernantur, in illiquidis ſummaria et breuis cognitio ab ipſis inſtituatur, et Commiſſiones in loco ordinentur, merito vrgent. In litteris ad Imperatorem d. d. 27. Oct. a. cIↃIↃCCXXXI. intuitu cauſſae emigrationis Salisburgenſis monuit Corpus Euangelicorum: „Zu ordentlichen Proceſſen bei den Reichs-Gerichten *qualificiren ſich Religions-Geſchaefte und Beſchwerden ohne dies und ueberhaupt nicht, ſondern wenn die Reichs-Gerichte ſie darin zu verwickeln trachten, werden* eo ipſo *unſere Bedruikungen nur vergroeſſert und verdoppelt* a).„ Vnde *ordinarium* tantum in Tribunalibus Imperii proceſſum in cauſſis religionis Euangelicos reiicere palam eſt. Clarior ſententia Corporis Euangelicorum adhuc expoſita eſt in litteris d. d. 17. Aug. anni cIↃIↃCCLXVIII. intuitu notiſſimae cauſſae parochiae Melle Imperatori exhibitis, vbi: „*Dagegen hinwiderum aber*, inquiunt, *eben ſo wenig von nemlichen Evangeliſchen Theil irgend bezweifelt werden kann, was ſothanen Reichs* Iudiciis *an richterlichen Einſehen, Dijudicatur und Gewalt ueberhaupt, in Abſicht der Erhalt- und Handhabung der gemeinen Ruhe im Reich, mittelſt gleicher Reichs-Vorſchriften*, in ſpecie *de Weſtphaeliſchen Friedens-Schluſſes und dem gefolgter Friedens Executions-Receſſe, in Faellen, den* ſtatum poſſeſſionum *zwiſchen beiderſeitigen Religionen, und deren Partheien in geiſtlichen Sachen belangend, jedoch gleichwohl nach dem auch hierunter eigenſt und gemeſſenſt vorgeſchriebenen* modo proceden-

 di

a) DE SCHAVROTH. *T. III. p. 419.*

di *mitgetheilet zu befinden, und wo Zweifels ohne das Haupt-Abſehen dieſerwegen auf die unpartheiiſche ſtrackliche Handhabung derer bekannten* annorum normalium, *ſo aber ebenmaeſſig im Grunde auf dem bloſſen* poſſeſſorio dictorum annorum *beruhet, gerichtet worden iſt b).*„ Atque eadem ratione nuper in Concluſo d. d. II. Apr. a. cIↃIↃccLXX. declararunt: „*Es ohnehin nicht die Meinung geweſen, das Kaiſerl. Obriſtrichter- und Friedens-Executions-Amt in derjenigen Weiſe, wie es die Reichs-Verfaſſung und das* Inſtrumentum Pacis *bei dergleichen Vorfallenheiten ſelbſt ſchon beſtimmen, zu miskennen, oder zu umgeben c).*„ Sic igitur in ſcirpo nodum quaerit, quem ſupra nominauimus, CRAMERVS Viennenſis, nec, Electores poteſtatem ſummorum Imperii Tribunalium, legibus et obſeruantia Imperii agnitam, de cauſſis religionis cognoſcendi, per Capitulationem tollere voluiſſe, praeſumi poſſe, nec, ab ipſis ſolis talem mutationem legum Imperii fieri valere, ceteros Status conceſſuros eſſe, anxie et moleſte admodum probaturus. Sicut enim Capitulationis ſanctionem minime de tollenda Archidicaſteriorum Imperii iurisdictione, de *modo* potius procedendi vnice agere, et ab ipſis Euangelicis intelligi, ex vna parte vidimus; ita ex altera plane mutatio nulla anteriorum legum ſubeſt, ſed adſtringitur tantum Imperator, quae dudum in ipſa Pace Weſtphalica et Receſſu Imperii cauta leguntur *d*).

§. L.

*b)* FABRI Neue Staats-Canzley. *T. XXV. p. 231.*

*c)* FABRI Neue Staats-Canzley. *T. XXVIII. p 312.*

*d)* Excell. SCHOTTII Unparth. Critic. *l. c.*

## §. L.

*De Concluſo Corporis Euangelicorum d. d. 11. a. cIↄIↄccLXX.*

In primis autem optimus IOSEPHVS in reſcripto ad Commiſſarium Principalem in Comitiis d. d. 8. Ian. anni cIↄIↄccLXIX. inter alia, ſicut ſupra vidimus, clementiſſime ſpopondit, fore, vt in poſterum a ſupremis Imperii Tribunalibus ex ipſius iuſſu ſecundum legum Imperii diſpoſitiones in cauſſis religionis promtiſſimum praeſtetur auxilium, paratiſſimaque decernatur reſtitutio. Viciſſim vero, ad ipſa vt grauamina deferantur, et ab iis medela eorum celerrima exſpectetur, indulgentia, quae ipſi eſt ſumma, expoſuit votum ac deſiderium; „*Wir erwarten ſo nach*, inquit, *von deren der A. C. verwandten Reichstags-Geſandten ſelbſt eigener Ueberzeugung, daſs ſie in patriotiſcher Zuſammenhaltung aller vorgegeben gruindlicher Urſachen, unſerer von Dr. Liebden und Dir ihnen mit Vertrauen und Aufrichtigkeit mittheilender Kaiſerl. Erklaerung und Wohlmeinung den Beifall geben, ſo mit ihre Obern und Committenten mit gleichen Unterricht beruhigen, die klagende Theile aber zu Uns und unſern Reichsgerichter ſelbſt hinweiſen werden, damit dieſe allda die Erledigung ihrer Beſchwerden mit unpartheiiſcher ſtracker Befoerderung verſpuiren und genieſſen moegen, ſo mit durch die zum Ruheſtand des Reichs angeordnete Iuſtiz-Pflege der Friede und Eintracht erhalten werde a).*„ Tam clementer ſignificatae tanti Principis, quo meliorem ſperare nefas foret, voluntati pronos et obſequentes ſe exhibere nequaquam dubitarunt



a) FABRI Neue Staats-Canzlei. *T. XXVII. p. 296.*

tarunt Euangelici, vtque, quantum dulciſſimae pollicitationi Imperatoris ad reſtaurandam rem iudiciariam Germaniae fere collapſam nati confideant, oſtenderent, lactiſſima ſpe freti, in Concluſo d. d. 11. April a. cIↄIↄccLXX. grauamina in poſterum quaecunque in ſupremis Imperii Iudiciis proponenda, ibique auxilium promtiſſimum exſpectandum eſſe, ſanxerunt: Digna ſunt, quae hic adducantur, verba: „*Da indeſſen gleichwohl aber auch der von den hoechſten und hohen Evangeliſchen Staenden hiebei gefuihrt werdende Zweck hauptſaechlich mit dahin abgeſehen ſey, ſelbſt auch deren Orts, bei den dermahlen ſo preiswuirdigſt hegenden perſoenlichen eigenen Gerechtigkeits-Geſinnungen ſeiner glorreichſt regierenden Kaiſerlichen Majeſtaet zu alle demjenigen ſorgfaeltigſt und werkthaetigſt beizutragen, womit zugleich allerhoechſt Ihro hierunter geaeuſſerte Anverlangen ſeine vollſtaendige Erfuillung in der nur moeglichſt thunlichen Maaſs erreichen, ſo nach aber das allerhoechſte Kaiſerlich Obriſtrichter- und Reichs-Friedens Executions-Amt ſo mehr im Stand geſetzet werden moege*, in ordine *zu der behoerigen und geſetzmaeſſigen Eroerter- und Entſcheidung fuirwaltender Religions-Klagen vorſchreiten zu koennen, ſich aber auch fuirnehmlich aus jener Reichs-vaeterlichen feierlichen Erklaerung die zuverlaeſſige allerunterthaenigſte Hofnung ſchoepfen laſſe, es werde nach behoerigen Anmelden und ſummariſcher hinlaenglicher Beſcheinigung bei den hoechſten Reichs-Dicaſteriis der in ihrer Religions und Gewiſſens Freiheit ſo mannigfaltig bekraenkten, auch zum oeftern an denen geiſtlichen Gefaellen, oder ſonſtigen Haab und Gut, in bloſſer Abſicht der Religion empfindlich verkuirzten Evangeliſchen Theile die Friedens-*

*dens - Schluſsmaeſſige prompte Rechtshuilfe, unter genauer Einhaltung der beſtimmten normal Iahre, und des darauf gegruindeten Poſſeſſions-Standes ohnfehlbar erfolgen: Als habe man — bei der anheut gehaltenen Evangeliſchen Conferenz ab Seiten des* Corporis Euangelicorum *den gemeinſamen einmuithigen Schluſs dahin gefaſst, ſonder fernern Anſtand die weitere noethige Einleitung nunmehr ſelbſt auch zu machen, damit fortan alle und jede klagende Evangeliſche Theile mit ſaemtlichen ihren ſo dermahlen noch unerledigt hangenden, als kuinftigen dergleichen neu entſtehenden Religions* grauaminibus *in der ſchon mehr vorgedachten Maaſſe, zu den beiden hoechſten Reichs-Gerichten und der daſelbſt anzuſuchenden Reichs Friedens-Schluſsmaeſſigen Abhuilfe ihrer Beſchwerden zu verweiſen b).*

*b)* FABRI Neue Staats-Canzlei. *T. XXVIII. p. 313.*

## §. LI.

*Quo nullo ſuo iure tamen ceſſerunt Euangelici.*

Quo ipſo tamen Euangelici iure ſuo, quod tamdiu tamque grauiter vrſerunt, proprie non niſi per Commiſſiones locales cauſſas grauaminum religionis expediri debere, nullatenus ceſſiſſe dicendi ſunt: Quamuis enim CRAMERVS Viennenſis id ſibi, (vix aliis,) imponere voluerit *a)*, clariſſima iſtius Concluſi verba teſtantur de contrario. Sic ſtatuit nempe Corpus Euangelicorum: *In dieſer reinſten Abſicht*

*a)* Excell. SCHOTTIVS *l. c. p. 282.* vbi ipſe quoque CRAMERI grauem errorem iam detegit.

*ſicht vermoege zwar nehmliche Evangeliſche Seite nicht*, *von dem Reichs-Satzungs maeſſigen Weg der Interceſſionalien*, *bei erheiſchenden Umſtaenden abzuweichen*, oder den mehrmahligen Vorſchlag der local Commiſſionen, *wodurch inſonderheit den* liquiden grauaminibus *die abhuilfliche Maſſe am ſicherſten und geſchwindeſten verſchaft werden koenne*, eben fallen zu laſſen. *Da indeſſen etc.* „ Potiſſimum vero multo adhuc minus circa promtiſſimum, quod cauſſis religionis vindicatur, remotis omnibus ambagibus, praeſtandum iuris auxilium, atque quantocyus decernendam exſequutionem et reſtitutionem quidquam ita mutatum eſt. Etenim *tum* ſub expreſſa ſuppoſita conditione: „*Es werde nach gehoerigen Anmelden und* ſummariſcher *hinlaenglicher Beſcheinigung bei den hoechſten Reichs-Dicaſteriis* — die Friedens-Schluſs-maeſſige prompte Rechts-Huilfe — *ohnfehlbar erfolgen*„, remiſſio grauaminum ad Iudicia Imperii ſuprema facta eſt, *tum* in primis Corpus Euangelicorum adhuc praeterea grauiter ab Imperatore vrſit: „*Iene Reichs Dicaſteria nach alle dem genau und nachdruicklich allergerechteſt anzuweiſen*, *auch noethigen Falls allerhoechſt ſelbſt geltend zu machen*, *weſſen Sie ſich in vorgedachten Dero allergnaedigſten Reſcript vom 2. Ian. 1769. ſo allermildeſt erklaeret haetten*, *und womit ſo durch die eben hienach allerhuldreichſt zugeſicherte der Diſpoſition des Weſtphaeliſchen Friedens-Schluſſes angemeſſene* promte Remedur *aller und jeder derlei Beſchwerden fuihrohin* ohne proceſſualiſche Weitlaeuftigkeit *erzielet werden moege b)*.„ Ipſum autem Imperatorem iſta

*b)* FABRI Staats-Canzlei. *T. XXVIII. p. 313. ſ.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/98 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

iſta ratione in grauaminibus religionis ad Imperii Iudicia deferendis ab hiſce procedendum eſſe, iuſſiſſe, ſpopondiſſe, ſupra iam vidimus c).

c) Vid. FABRI §. XLIV.

## §. LII.

*Inſigne aduerſus Reuiſionem et eius effectum ſuſpenſiuum ex I. P. A. XVII. §. 5. et 6. argumentum.*

Si qua autem vnquam, inſigniter certe, quam grauis ſollicitudo, quamque rigida ſit legum Imperii in cauſſis grauaminum religionis aduerſus Pacem Weſtphalicam illatorum celeriter ac ſine mora ad finem perducendis cura, docet illuſtris illa et decantata Pacis Weſtphalicae Art. XVII. §. 5. et 6. ſanctio, vbi videlicet, „ſi quid eorum, ſtatuitur, a quocunque violari contigerit, laeſus laedentem in primis quidem a via facti dehortetur, cauſa ipſa vel amicabili compoſitioni, vel *iuris diſceptationi* ſubmiſſa. Verum tamen, ſi *neutro horum modorum intra ſpatium trium annorum terminetur controuerſia*, teneantur omnes et ſinguli Pacis conſortes, iunctis cum parte laeſa conſiliis viribusque, arma ſumere ad repellendam iniuriam a paſſo moniti, quod nec amicitiae, nec iuris via locum inuenerit.„ Non iam in praeſenti de via facti in cauſſis religionis permiſſa diſſerere, eiusque argumenta exponere, quae praeterea ſatis ſuperque ab aduerſariorum



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/99
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

rum *a)* telis vindicarunt STRVBEN *b)*, et BOEHMER *c)* viri

*a)* In primis contra ipſam inſurrexere IOANN. IAC. IOS. SVINDERMAHLER in duplici diſſertatione *de poteſtate ius ſuum vi ac armis perſequendi in Imperio haut permiſſa. Wirceb.* cIɔIɔccLII. et cIɔIɔccLXI. in EIVS *opuſculis p. 31. et 350.* ac IOANN. BAPT. KRAVS, Abbas defunctus S. Emmerani, ceu anonymus auctor ſcripti: Verdrehung des *nudi facti poſſeſſorii anni normalis* und Ungrund der ſo genannten Selbſthuilfe. Regensb. cIɔIɔccLVIII. fol. quod inſequebatur EIVSDEM replica, ſub titulo: Entdecktes Blendwerk der Verdrehung des Weſtphaeliſchen Friedens-Schluſſes. *ibid. eod.*

*b)* Viri immortalis, de graui hoc argumento inſigniter meriti, labores huc pertinentes ſunt: 1) Duplex tractatio von der im Weſtphaeliſchen Friedens-Schluſs erlaubten Selbſthuilfe, vtraque ſcriptis SVINDERMAHLERI adductis oppoſita, in EIVS Nebenſtunden. *T. IV. p. 289. et T. VI. p. 161.* 2) Entdeckte Verdrehung des Weſtph. Friedens-Schluſſes *A. V. §. 31.* und *A. XVII. §. 4-7. cIɔIɔccLVIII.* vbi difficiles nugae Krauſianae exploduntur. 3) Zugabe zur entdeckten Verdrehung des W. F. cIɔIɔccLIX. replicae Krauſianae occurrens. Nec non 4) ipſum auctorem agnoſcit collectio cui titulus: Sammlung einiger Schriften von der Selbſthuilfe. Leipzig cIɔIcccLVI. 4.

*c)* Vid. EIVS ſ. reſpond. perill. IVL. MELCH. STRVBE diſſ. *Princeps Imperii ius ſuum vi et armis tuens. Goett. cIɔIɔccXLV.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/100 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

viri perilluſtres, animus eſt. Vnice ad ſpatium praeſcriptum, quod in controuerſiis iſtis obſeruari iubet Pax, aduertimus animum. Nempe intra *triennium* cauſſas violationis pacis, non deduci in iudicium, ſed finiri et *terminari* debere, vides, idque praeciſe adeo, vt, effluxo iſto ſpatio, vlterius exſpectare haut adſtringatur laeſus, ſed vel remedio inſolito alias in republica vti poſſe dicatur, arma nempe ſumendi, ac iniuriam auctoritate propria repellendi, ad quam vindicandam iudicis auxilium ſtatim paratum non fuerat *d*). Enimuero non tantum generatim aduerſum plane foret, in ipſis his cauſſis, intra tam exiguum annorum terminum finiundis remedia ordinariis proceſſibus, per ſecula protrahi ſolitis, tantum propria admittere, ac, quod maius eſt, vbi promtiſſime

*d*) Quaeſtionem adhuc propoſuit Ill. GEISLER in diſſ. *de grauam. relig. auctorit. Iudic. Imp. tollendis* §. *XI.* ſintne verba Pacis de cauſa vel amicabili compoſitioni vel iuris diſceptationi ſubmittenda ad laeſum, an ad laedentem referenda? Poſteriorem ipſe, argumentis ſat ſpecioſis ductus, amplectitur, eſt, adhuc alteram apud me haerere, ingenue fateor, eamque in primis nexus duorum ablatiuorum cum ſubſtantiuo praecedente — *laeſus* laedentem a via facti dehortetur, cauſſa ipſa vel amicabili compoſitioni, vel iuris diſceptationi ſubmiſſa — ſuadere mihi quidem viſus eſt. Sed hic non refert, vbi potiſſimum triennium praefixum attendendum eſt.



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/101
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tiſſime auctoritas iudicis interponenda, ipſius ſententiae vim adhuc ſuſpendere: Sed in primis quoque per ſe ex natura ordinis iudiciarii, et remedii indole, cuius praeterea exitus, haut exiſtente antea viſitatione, plane intercluſus erat, fieri omnino haut poteſt, vt, obſeruato diſerte praeſcripto triennio, Reuiſio in his cauſſis grauaminum religionis locum habeat, nedum per ipſam ſententia adeo a viribus rei iudicatae ſuſpendatur. Nulla autem certe ratione, diſpoſitioni Pacis Weſtphalicae per Receſſum Imperii nouiſſimum vel minimum detrahi debuiſſe, cogitari tantum poterit, ſiquidem *tum* generatim abrogationem legis fundamentalis in vim alternae normae ſancitae ſexennio ſtatim poſt factam, vel fingere ſibi, nefas foret, *tum* in ſpecie non tantum in ipſis hiſce anno cIↄIↄCLIII. celebratis Comitiis de *ſtabilienda* pace inter caput et membra Imperii, atque haec inter ſe inuicem principaliter actum eſſe deprehenditur *e*), ſed vniuerſa quoque pacificatio ad maiorem in ipſa conuentorum ſecuritatem et certitudinem, ceu lex aeterna et ſanctio pragmatica, ipſi Receſſui

*e*) Hoc primum erat propoſitionis Caeſareae caput. de MEIERN *Acta Comit. Ratisbon. P. I. Lib. I. §. 1.* idemque repetit R. I. N. §. 4. „*Wie der mit ſo groſſer Muihe, Arbeit und Koſten erhobene Fried 1. Zwiſchen Haupt und Gliedern, und 2. dieſen unter ſich ſelbſten, wie auch 3. denen auslaendiſchen Cronen ſtabilirt — bleiben moege.*„

Receſſui ad litteram inſerta eſt *f*). Maius adhuc hiſce dictis exinde pondus accedit, quod, diſpoſitionem illam de ſeruando in cauſſis religionis effectu Reuiſionis ſuſpenſiuo vnice ad vrgentiſſima Euangelicorum deſideria in Receſſu Imperii factam eſſe, ſupra vidimus. Eorum autem, quippe qui iam tunc temporis *grauatorum* perſonam potiſſimum ſuſtinere conſueuerant, vtilitatem ac commoda dictam Inſtrumenti Pacis ſanctionem concernere, clarum eſt. Hos autem ſaluberrimam hanc conſtitutionem mox iterum penitus euertere, et controuerſias in cauſis religionis, de quibus intra triennium terminan-

*f*) Pergit *Receſſ. Imp. nouiſſ. in §. cit.* „*In dem zu Muinſter und Osnabruick — aufgerichteten — Reichs - Friedens Schluß — art. XVII. §. 2. die Verſehung geſchehen, daß derſelbe* (pax nempe) *zu aller und jeder darin erhaltenen Pacten und Vereinigungen Gewiß- und Sicherheit ein ewiges Geſetz und* Sanctio pragmatica, *gleich andern des heil. Reichs fundamental Satz - und Ordnungen verbindlich ſeyn, zu ſolchem End auch dem naeheſten Reichs - Abſchied einverleibt werden ſolle: So haben Wir um deſſen allen mehrer Beſtaerk - und Befeſtigung willen, beruihrten allgemeinen Reichs Friedens - Schluß — gegenwaertigen Reichs - Abſchied von Worten zu Worten nachfolgenden buchſtaeblichen Inhalts inſeriren und einruicken laſſen.*„

minandis pallo antea ſapienter adeo cautum erat, aeternas denuo efficere voluiſſe, omnino credibile non eſt g).

*g)* STRVBEN Rechtl. Bedenken. *T. II. obſ. 4.*

## §. LIII.

*Senſus R. I. N. §. 124. ex votis Euangelicorum declaratur.*

Omnia hactenus propoſita ſi coniunctim conſideres, certe ne ſuſpicio quidem minima ſupereſſe poterit, ſanctionem nouiſſimi Receſſus Imperii §. 124. unquam de cauſſis grauaminum religionis aduerſus Pacificationem Weſtphalicam *illatorum* accipi valere. Hiſce egregie *adſtipulantur* ipſi illi, ex quibus lex Imperii, ſi qua dubia exſiſtat, explicanda eſt, fontes. Sunt nempe hi publica acta, quae de hac lege ferenda inſtitutas continent deliberationes. Enimuero, quum vel contranitentibus Catholicis ad ſola Euangelicorum expoſita deſideria lex concepta adparet, ſane in ipſius interpretatione primario et vnice ad Euangelicorum ſuffragia et conſultationes recurrendum, atque ex ipſorum intentione et mente interpretationem faciendam eſſe, certiſſimum eſt. In iis autem ſat expreſſis et diſertis verbis, minime controuerſias in cauſſis religionis, quas iam ipſa Pax decidit, intelligi, cautum ac definitum reperimus. Ita e. g. Braunſchweig Zelle: „*Iedoch wollte man* dieſes von den *cauſſis per Inſtrum.*

*Pacis*

*Pacis expreſſe definitis* keinesweges verſtanden haben.„ Similiter Calenberg: „*Man verſtehet dieſes aber nicht* von denen Differentien, ſo *in Inſtrum. Pacis* decidirt ſeyn, dann Henderentwegen bleibts billig bei der Diſpoſition.„ Addit Henneberg: „*Allhie rede man von dem Cammergericht und denen Sachen*, ſo allda *iudicialiter* und *praeuio proceſſu* zu decidiren a).„ Sed quum expreſſe et abciſſe adeo Pax Weſtphalica, aeternam futurae obſeruantiae normam terminum decretorium eſſe debere, velit, cauſſas iſtas, vbi de eius violatione quaeſtio eſt, per ipſam Pacem iam deciſas, ſicque ipſas illas, quas nullo modo noſtri intelligi voluerunt, eſſe, in aprico poſitum eſt. Quoniam porro in hiſce cauſſis ordinarius proceſſus exſul eſſe dignoſcatur, ad has ipſas votum Anhaltinum pertinere, dubitari nequit. Sic itaque, quum clare exſiſtat mens Euangelicorum, minime gentium in cauſſis grauaminum Pacis Weſtphalicae effectum Reuiſionis ſuſpenſiuum ſanciendi, nequaquam de iis Receſſus Imperii diſpoſitionem intelligi poſſe, palam eſt.

a) de MEIERN Acta Pac. Weſtphal, *T. II. L. 13. p. 534. ſeqq.*

§. LIV.

## §. LIV.

*Grauiſſimum pondus accedit ex declaratione Corp. Euangel. in cauſſa Hohenloica.*

Summum denique in hac materia momentum facit, quod in illuſtri cauſſa Hohenloica, ante hos tres et viginti annos in Comitiis agitata, vtrumque religionis Corpus in litteris ad Imperatorem ſuam deſuper ſententiam ita expoſuerit, vt ex vna parte Corpus Euangelicorum in litteris d. d. 30. Iul. a. CIↃIↃCCXLIX. conſtanter, Reuiſioni, nedum effectui ſuſpenſiuo eius in cauſſis grauaminum religionis locum eſſe poſſe, ſub ipſorum legum Imperii praeſidio, negauerit, contra ex altera parte Corpus Catholicorum in ſuis litteris d. d. 25. Octob. e. a. pro effectu Reuiſionis ſuſpenſiuo causam orauerit, eumque, niſi plane otioſa eſſe debeat Receſſus Imperii nouiſſimi diſpoſitio, omnino ſtatuendum cenſuerit *a*). Ita ergo, quum vtrumque Corpus religionis diuerſam ab altero declarauerit ſententiam, veram ſeceſſionem in partes factam eſſe, recte dixeris. Qua autem poſita, iam ex vulgatis Iuris Publici principiis *b*) indubitatum eſt: I.) Solam nunc quoad

*a*) Vtriuſque Corporis litteras exhibent *Selecta Iuris Publici nouiſſ. T. XXII. p. 76. et 86.* Euangelicae praeterea exſtant apud SCHAVROTH *l. c. T. I. p. 808.*

*b*) Vid. perill. PVITTERI *Inſtitutiones Iuris Publici* §. 177.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/106 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

quoad ipſum caput controuerſum amicabilem inter partem utramque locum inuenire compoſitionem, nullam vero aliam deciſionem, ne Imperatoris quidem, poſſe obtinere; quare nec II.) donec facta ſit compoſitio fas eſt, vt Euangelicis vlla contraria obtrudatur ſententia; potius III.) naturalis adeſt ſeceſſionis in partes effectus, vt iam nihil agatur, ac negotium, quod in quaeſtione verſabatur, quieſcat, adeoque pars illa, quae negatiuam tuebatur ſententiam, videlicet haut procedere, quod ab altera adſerebatur, obtineat; hinc IV.) interim, vſque ad compoſitionem controuerſiae, nec Reuiſio, nec ideo eius ſuſpenſiuus effectus locum habere poteſt. Qua itaque propter in primis Iudicia Imperii, pendente ita adhuc cauſa, alteram ſententiam amplecti nullatenus debent, aut valent, quippe quo modo iuri in partes eundi omnino detrimentum inferretur, ſibique decidenda ſument, quae ſola vtriusque Corporis Statuum compoſitione decidi debent. Atque profecto locum hic habent, quae in cauſſa Glaeſeneria intuitu iurisdictionis eccleſiaſticae Imperatori expoſuit Corpus Euangelicorum *c*): *„Dieſer Streit iſt nicht anders, als* per amicabilem compoſitionem *beizulegen, und bis dahin*

*c*) In litteris ad Imp. d. d. 4. April. a. CIↃIↃCCL. apud DE SCHAVROTH *T. I. p. 706.*

*dahin koennen alle dergleichen anmaſsliche Erkenntniſſe der Reichs-Gerichte zu den geringſten Kraeften nicht kommen, vielweniger einige Execution leiden, wenn das* Ius interpretandi leges Imperii et eundi in partes *den ſaemtlichen Reichsſtaenden nicht vereitelt werden ſoll.*„ Eodem modo igitur interim Reuiſionem in cauſſis grauaminum religionis ab vna parte Statuum tantum probatam, ab altero contradictam, hinc valide minimum ſtabilitam admittere Iudicia Imperii neutiquam valent, quo clauſulam Pacis Ryswicenſem ex dicta quoque ratione Cameram in iudicando haut attendere, perill. CRAMERVS teſtis eſt *d*). Accedit quod Corpus Euangelicorum cauſſas Eccleſiae Euangelicae Germanicae vniuerſae agat, et igitur quae ab ipſo ſtatuta et concluſa ſunt, quaeque communi Eccleſiae Euangelicae vtilitati conuenire iudicauit, in vniuerſum et ſic quoque vtriusque Tribunalis Imperii membra obligent, quae proinde aduerſus illa agere ac decernere citra dubium prohibentur *e*). Qua propter, vbi in his cauſſis grauaminum de admittenda Reuiſione quaeſtio in alterutro Tribunali oriretur, quamuis ipſam defendant Catholici, contradicere tenentur Euangelici, ſicque, et ibi ſeceſſione in

*d*) Vid. IPSIVS *Obſeruationes Iuris vniuerſi. T. II. P. I. obſ. 570.*

*e*) Quod itidem agnouit perill. CRAMER *obſ. cit.*

in partes eueniente, haut procedere, ſiquidem remiſſiones ad Comitia hoc caſu legibus ſtatutae f), ob vtriusque Corporis diſſenſum exitus exſpectari non poterit.

f) I. P. O. *A. V.* §. 55. Vid. Opuſculum MEVM von den Senaten am Kaiſerl. und Reichs-Cammergericht. *p. 48. ſ.*

## §. LV.

### *Epicriſis.*

Ita ergo de cauſſis eccleſiaſticis et religionis grauamina aduerſus Pacem Weſtphalicam illata concernentibus ſanctionem R. I. N. minime accipiendam, aut Reuiſionis effectum ſuſpenſiuum intelligendum eſſe, quantum ſatis eſt, arbitror, expoſitum iuimus. Enimuero nec id praetereundum eſt, ex generali illa conſtitutione Receſſus §. 124., Reuiſionibus effectum ſuſpenſiuum denegante: „*Setzen, ordnen und wollen auch, daſs gleichwohl der* effectus ſuſpenſiuus *bei den geſuchten* Reuiſionibus *wider die Cammergerichts-Urtheile inskuinftig aufgehebt, und allein* deuolutiuus *ſtat finden ſolle*,„ hanc de ceſſante in cauſſis religionis ſuſpenſiuo effectu quaeſtionem plane haut pendere, aut diiudicandam eſſe. In illa enim generali Receſſus diſpoſitione exceptio tantum a regula antea ſtabilita, ac priſtini iuris, quo admiſſus erat hic effectus, abro-

abrogatio facta eſt, propterea quod viſitationes ordinariae, a quibus remedii Reuiſionis exitus pendere dignoſcitur, ceſſauerant, necdum reſtitutae erant. Clare hoc innuit placitum Deputationis Francofurtenſis d. d. 20. Iun. a. cIɔIɔcXLIV. *a*), vnde Receſſus diſpoſitionem hauſtam eſſe nouimus. „*Erachten gleichwohl, ſo viel dieſen ſchwerwichtigen* punctum Reuiſionum *hauptſaechlich betrift, die Churfuirſtl. auch depurirten Fuirſten und Staend, Raeth und Geſandte nicht undienlich zu ſeyn, daſs kuinftig* ſo lang und viel bis die ordentliche *Viſitationes* und *Reuiſiones actorum* widerum in Gang gebracht worden, *der* effectus ſuſpenſiuus *aufgehebt, und allein* deuolutionis — *ſtat finden ſolte.*„ Proinde reſtitutis omnino viſitationibus ordinariis, reuera *conditio* illius diſpoſitionis *reſolutiua* exſiſtere, ſicque effectus ſuſpenſiuus, proprie tantum *ad interim* ſublatus, redux fieri, dicendus eſt *b*). Enimuero mini-

*a*) de MEIERN *Acta Comit. Ratisb. T. II. L.* 10. *§.* 2.

*b*) Vid. I. H. B. (IOHAN. HENR. BOCRIS) Reichsgeſetzliche Pruifung der Frage, ob nicht den *remediis Reuiſionis et Supplicationis* nach dem eignen Sinn der Reichs-Geſetze noch heut zu Tage der *effectus ſuſpenſiuus* ordnungsmaeſſig zu vergoennen. Leipz. cIɔIɔCCLI. 4.

minime iſta ſingulari tantum ratione nititur effectus Reuiſionis ſuſpenſiui in his cauſſis grauaminum excluſio, ſed generalibus potius legum Imperii in anterioribus propoſitis ſanctionibus, et ipſa harum cauſſarum indole fundatur, ac vna cum ipſo remedio Reuiſionis hic plane locum non habente exſul eſt. Quare I.) nec cautione opus eſt, vt exſequutio obtineatur, quam praeterea iam ſtatim decerni, leges ſtatuunt, nec II.) minimum efficit, ſi vel maxime reſtaurata ſit viſitatio, ſed nihilo minus ſupra expoſita locum habent, nec III.) vlla ratione dubitari poteſt, quin idem ipſo iure in Conſilio Imperii Aulico perinde, ac in Camera obſeruandum ſit.

## §. LVI.

*Verus Receſſ. Imp. ſenſus.*

In fine adhuc, de quibus vero cauſis verba: *Geiſtliche und Religions - Sachen*, intelligenda ſint, eo magis addendum videtur, vt occurratur obiectioni, qua otioſam eſſe legis Imperii diſpoſitionem, aiunt, ſi de cauſſis grauaminum intelligi non debeat. Non niſi ex Euangelicorum votis, quibus vnice totus paſſus debetur, hoc petendum eſt. In iis ſatis clare hoc definit votum *Calenbergicum:* „*Man verſtehet dieſes*

 *aber*

*aber nicht von den Differentien, ſo* in Inſtrum. Pacis decidirt *ſeyn, dann derentwegen bleibts billig bei der Diſpoſition*, ſondern *de cauſſis dubiis poſthaec emergentibus* a).„ Palam ſic eſt, veritos eſſe Euangelicos, ne capita quaedam ſuperſint per Inſtrumentum Pacis nondum ſatis definita, ac in iis vnice, rationibus ſupra adductis moti, effectum Reuiſionis ſuſpenſiuum, ſi iudicialiter cauſſa tractata fuerit, ſeruari vrſerunt.

*a*) de MEIERN *Acta Comit. Ratisb. T. II. L. 13. §. 1. p. 542.*

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

SLUB DRESDEN
3 0507193

7. A 2395

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/113
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn343346435/114
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft